



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Liber Quartus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

D E
O R A T I O N E
D I V I N A
S I V E
A D E O I N F U S A
L I B E R Q U A R T U S :

*De dignitate, natura, & multiplici divisione Vnionis
supernaturalis & fructiva.*

P R O L O G U S .



Es sanè difficilis est, & inexpertæ impervia menti, deacana ac felicissima animæ cum DEO unione disserere, de qua quidem optimè S. Bernardus *Serm. 8. in Cons.* scripsit, dicens: *Hodie de summo oris osculo disputare propositum est: audite attentius, quod sapit suavius, & gustatur rariùs, & difficiliùs intelligitur.* Et *Serm. 3.* in initio, de eadem spiritali unione sive osculo loquens, ita inquit: *Est quippe manna absconditum, & solus qui edist adhuc esuriet: est fons signatus, cui non communicat alienus, sed solus qui bibit adhuc sitiet.*

Hæc ille. Utinam nostræ menti Spiritus sanctus, qui profunda scrutatur, præsentissimus adsit, ac sua nos doceat unitione, ut possimus aliqua saltem ex parte huius ineffabilis unionis dignitatem & magnitudinem pandere!

Majoris igitur claritatis gratiâ, in quatuor partes præsens Tractatus distribuetur. In *prima*, De dignitate, ac huius divinæ unionis utilitate, ac de ejus partibus sive gradibus; & quod hæc ineffabilis Vnio, tam Scripturarum quàm plurimorum Patrum testimoniis apertissimè constet. In *secunda*, Quod Vnio hæc Mystica sit, & quæ sint tam intellectus quàm voluntatis operationes eam comitantes, disseremus. In *tertia*, dispositiones ac uberrimos huius Vnionis fructus ostendemus. In *quarta* demum, De Vnionem illa fructiva ac felicissima animæ cum Christo in venerabili Eucharistiæ Sacramento purissimis mentibus aliquando contingente, Domino aspirante, agemus.

PRIMA PARS.

Divina unionis dignitas, utilitas, gradus sive partes.

CAPVT I.

Quid nomine Unionis sive via Unio-
nis intelligitur.

RELINQUAMUS (si bene memini) animam in summo gradu viz illuminativæ divinam illam caliginem ingressam, amore vulneratam, omnino languentem, desolatam, & à seipsa & omnibus rebus creatis quasi deficientem, continuis & ardentissimis desideris DEI immediatam præsentiam, ac felicissimam conjunctionem anxie suspirantem, ac cum Moysè Exod. 33. clamantem: *Obsecro, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam.* Nam quamvis aliquando in umbra sedens; dulcissimo sponsi fructu sponsa pascatur; semper tamen lucem meridiana inquirat, ubi sponsus pascit: unde in gemiscens ad sponsum clamat Cant. 1. *Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Quæ sponsæ verba in hoc proposito præclare expendit Bernardus Sermon. 3. in Cant. Et nunc quid restat, ait, & bone Domine, nisi ut jam in plenitudinem lucis in fervore spiritus ad oris quoque osculum dignanter admittens adimpleas me lacrima cum vultu tuo. Indica mihi, & sua visime, & serenissime indica mihi, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Idem in Sermon. 33. Hunc locum (inqu) tantæ claritatis & pacis, & plenitudinis indica mihi, ut quemadmodum Jacob adhuc in corpore manens vidit Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima eius; vel certe sicut Moyses vidit eum non per figuram & anigmati, seu per somnia, uti Propheta alii, sed modo planè præcellentis, atque inexperio ceteris, sibi vero & DEO 3 vel sicut Isaias revelatis oculis cordis vidit eum super solium excelsum & elevatum; vel etiam quomodo Paulus raptus in paradysum auditit verba ineffabilia, & Dominum suum IESUM Christum vidit oculis suis: ita ego quoque te in lumine tuo, & in decore tuo per mentis excessum merear contemplari pascentem uberius, quiescentem securius. Nam & hic pascis, sed non in saturitate: nec cubare licet, sed stare & vigilare oportet propter timores nocturnos. Hæc Bernardus.

His autem perfecti amoris affectionibus ac desideris, quibus anima vulnerata clamans veluti emoritur, respondeat Dominus ac dilectissimus sponsus, ut latius prosequitur Henticus Harphius lib. 3. de Myst. Theol. par. 3. cap. 23, in modum dialogi inter DEUM & animam, his verbis: *Ostendam tibi omne bonum, ostendam tibi faciem meam, verumtamen non in hac vita; non enim videbit me homo, & vivet; futuri temporis est quod petis, non presentis; nunc instruuntur sponsalia, parantur impensa, inspicitur ornatus, in futurum tamen reservatur mutua fructuosa desideratissimus complexus. Ad quæ illa: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et ego requiescens in spe, velut catellus Domini mei, sub mensa perseverabo patiens, & sustinens; ut saltem de micis eius utcumque sustentari valeam cum sponsa dicente: Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo, ideo*

que, ceteris resuratus, ubera tua fidelitatis & consolationis requirere non desinam donec aspires dies, & inclinetur umbra. Verumtamen dilectus meus interim saltem osculetur me osculo oris sui, quoniam in tenebris convenienter osculari potest, licet videri non possit. Tunc Pater misericordiarum, qui tribuit omnibus abundantè & non impropèrat, dulciter se inclinat, ut osculum conferat, id est, immediatam suam præsentiam ad amandum profusa prodigalitate funditus exponit, ac anima illico suspirans suspirans & desiderans universis os suum in DEUM proclinat amorosa quadam profundatione sui ipsius, ibique se invicem osculantur Deus & anima; quoniam ipsa sine medio DEO conjungitur in unitate amoris, & feliciter Desificatur secundum Divinitatis totalitatem. Hæc Genus Harphius.

Præclarius tamen & elegantius S. Bernardus Sermon. 9. in Cant. Dialogum inter sodales & sponsam finxit, dicens: *Ponamus proinde istos, quos sponsa sodales diximus, visitandi salubris gratia, sicut heri & nudius tertius, accessisse nunc quoque ad sponsam, ipsamque submurmurantem & cadentem reperisse, mirari causam, & quasi alloqui in hunc modum: Quid novi accidit? quid te certum solito tristorem? qua inopinati murmuris causa? Certe cum aversa & alienata ires post amatores tuos, cum quibus male erat tibi, compulsata tandem reverti ad virum tuum priorum, nonne ut saltem mereretur tangere pedes, multum precibus & stercibus institisti? Recolo, inquit, Quid? Obsecro te eo simulque accepta in osculo pedum indulgentia de offensis, numquid non rursus ad impatens, & tanta nequaquam dignatione contenta, sed majoris familiaritatis cupida, secundam quoque gratiam eadem qua prius instantia postulasti & impetrasti, ita ut in osculo manus adeptas sis virtutes non paucas & non parvas? Non distitior, ait. Et illi: Enimvero, num tu es qua jurare & obsecrari solebas, si unquam ad osculum manus pervenire daretur, sufficere jam tibi, nihil te de cetero petiurum? Ego. Quid igitur? Forte horum que acceperas, quippiam ablatum causas? Nihil. An verò times repetitum iri, quod tibi de mala tua conversatione indultum præsumperas? Non. Age tamen, dic unde que amas satisfacere tibi. Non quiesco, ait, nisi osculetur me osculo oris sui. Gratias de osculo pedum, gratias & de manus; sed si cura est illi ulla de me, osculetur me osculo oris sui. Non sum ingrata, sed amo. Accepi, sateor, meritis potiora, sed proterius inferiora voris. Desiderio seror, non ratione. Ne, quæso, E. Joan. causamini præsumptionem, ubi affectus urget. Pudor à Jeta sanè reclamatione sed superat amor. Nec ignoro, quod hoc Matia nor Regis judicium diligit, sed præceptis amor nec iuramentum præstat, nec consilio temperatur, nec pudore phrasin framat, nec rationi subicitur. Rogo, supplico, flagito, cap. 1. osculetur me osculo oris sui. En gratia ipsius mulieris, jam annis caste sobrièque vivere curo, lectioni insto, Cantic. resisto vitii, orationi incumbo frequentè, vigilo contra tentationes, recogito annos meos in amaritudine anima mea. Sine querela me arbitror, quantum in me est, conversari inter fratres. Superioribus potestatis subdita sum, egrediens & regrediens ad imperium senioris. Aliena non cupio, mea potius & me pariter de-*

Hujus diuinae Unionis utilitas ac dignitas.

di. In sudore vultus mei comedo panem meum. Ceterum, quod in his omnibus est, totum constat de consuetudine, de dulcedine nihil. Quid, nisi iuxta Prophetam, vitula Ephraim sum docta diligere trituran? Denique in Evangelio, Qui hoc solum quod facere debet, facit, seruus inutilis reputatur. Mandata forsitan utcumque adimpleo, sed anima mea sicut terra sine aqua in illis. Vt igitur holocaustum meum pingue fiat, osculetur me, quae se, osculo oris sui. Hæc Bernardus.

Hoc igitur osculum, siue intus amplexus sponsi & sponse, est illa felicissima unio, quam si DEUS dederit explana et habebimus, quæ alio nomine via Unitiva supernaturalis dicitur; ad quam Purgativa & Illuminativa veluti dispositiones ad introducendam formam, mentem ornant & præparant. Sicut enim magnus Dionysius Areopagita in lib. de Angelis. Hierarch. tres actiones hierarchicas in Angelis sanctis constituit ac distinguit, videlicet purgationem, illuminationem, & perfectionem: pari quoque modo in viatoribus oportuit (ut antea ostendimus) tres vias siue profectus incrementa distinguere, quarum officia siue exercitia lib. 1. in genere designauimus, ac duobus præcedentibus libris de via Purgativa & Illuminativa speciatim exposuimus: restat jam, ut quæ sit via Unitiva supernaturalis declaremus.

Quid sit unio siue via unitiva supernaturalis?

Tertia demum via, quæ Unitiva à Mysticis cognominatur, ab optima Mariæ parte nomen adepta est. Hujus est, purgata iam mentis acie, diuina limpidissimè intueri, & arcano amoris nexu ipsi DEO adherere, ibique, veluti in arce Sion ac proprio centro, pace quæ superat omnem sensum, & voluptate purissima perfrui. Quare merito de hac via Unitiva ultimo loco tractauimus: est enim præcipuus omnium ac in hac vita supremus spiritalis profectus gradus, ineffabilis mentis noctæ cum DEO ipso unio, ac arcana conjunctio, ipsiusque DEI in animam illapsus, ac mirabilis manifestatio, dulcissimus amplexus, ac suavillima deosculatio; quam Mythicam Theologiam cum diuo Dionysio omnes ejus Expositores appellant. Hanc Dionysius Carthusianus breuiter sequentibus verbis cap. 12. de Fonte lucis descripsit, dicens: Itaque via Perfectiva, seu Unitiva, est studium, occupatio, seu actio ad sincerissimam charitatis ardorem, ad Deitatem æstaticum flammigerumque amorem, ad mysticam sapientiam æstuantissimum, quietissimum, ac secretissimum tendens intentum. Constituit namque hæc via in hoc, ut ex contemplatione DEI per negationem mens diuino amore tota accendatur, & velut ignea atque Seraphica efficiatur, seque seipsam & cuncta creata relinquens, transcendens, ac obliuiscens, superincomprehensibili DEO, tamquam prorsus ignoto, per hierarchicam lucem illapsam, per occultissimam inspectionis alloquium, per supersplendentem caliginem, ac sapientissimam ignorantiam uniat. Hæc Dionysius Carthusianus. Hæc igitur est via Unitiva, de qua plenius infra, quæ, sedatis motibus aduersis, in DEI clementissimi amplexibus dulcissimo ac transformante amore requiescit, ubi diuina charitas ultra viam Purgativam & Illuminativam incrementa eò caput extollit, quod vix fertur intus; de cujus celestis puritate ac nobilitate jamjam tractare, favente DEO, properamus.

Vid. Joan. à Jesu Maria cap. 6. Theolog. mystic. & cap. 15. Artis amandi Deum.

Tot sunt hujus felicissimæ cum DEO creaturæ rationalis Unionis bona, ut vix possint, ut patet, etiam experiri, aut mente concipere, aut verbis explicare. Primum igitur bonum, idque maximum, & quod ceterorum omnium veluti fons est & origo, illud sit, istam jucundissimam Unionem esse intimam ac perfectissimam amicitiam cum DEO. Nam cum omnis charitas (quantum vis minima) sit hominis ad DEUM amicitia, in aliqua supernaturali communionem fundata, restat D. Thoma 2. 2. quæst. 23. art. 1. quia homo vult sua bona DEO propter seipsum, & ei in omnibus placere conatur; & quia DEUS ita hominem diligit, ut velit ei bona diuina, & faciat quoque, & manu liberalissima imperari.

Hæc tamen perfecta animæ cum DEO unio, de qua sermone instituius, non est quovis modo DEI & hominis amicitia: sed est necessitudo tam arcta, tam intima, tam sublimis, ut dix major nexus inter conjuges excogitari possit. Quis enim, nisi aut experius, aut in Scripturis factis valde veris, credat, diuinam illam maiestatem ita animæ puræ strictissimo amicitie vinculo copulari, ut, veluti sponsus vino amoris inebriatus, illius aspectum cupiat, colloquium sitiat, ac ejus amplexus & oscula dulcissima quærat? E converso, anima DEUM ipsum tamquam sponsum & amicum respiciens, ejus assiduam conversationem exoptat, oscula petat, & cum sibi sine medio uniti ac copulari exquirat?

Servantur deinde inter DEUM & animam perfectissimæ amicitie leges: nam, ut amici, impensè se amant, & mutua benevolentia complectuntur, assiduè colloquuntur, & magna cum voluptate secum ipsi conversantur. Denique, ut alia præmittam amicitie jura, sic amici idem omnino sapiunt, eodemque velle & nolle fruantur, & sine ulla dissensione in omnibus conveniunt, & occulta nimis secreta revelant, & cordis patefaciunt arcana. Quamobrem sponsus, quamvis tantum sit dignitatis, non erubescit eam amicum appellare Cant. 2. Sicut dilectum inter spinas sic amicum meo inter filias. Et præerea, anima tantæ dignitatis pariceps esse & a, palam DEUM amicum proclamari Cant. 5. Dilectus meus, & ipse est amicum meum.

Est deinde non amicitie tantum, sed & cognationis strictissimæ origo hæc diuina unio DEUS enim sibi hoc amoris vinculo conjunctos, non cognatos, sed dilectissimos filios appellat & facit: non utcumque, sed sibi simillimos. Et hæc est hujus Unionis major dignitas, ut planè hominem DEI filium, & non tantum servum fidelem, aut amicum constituat. Sed & illud eam magnopere extollit, quod non filios tantum (hoc enim gratiæ habitualis donum omnibus iustis in discriminatim largitur) sed etiam simillimos DEO Patri regenerat.

Sicut enim solet esse inter naturales filios differentia, quia et si omnes suorum parentum naturam accipiant, in aliis verò multis dissentiunt, nam alii moribus ac corporis dispositione assimulantur, alii omnino dissimiles inveniuntur: ita hoc quidem discrimen in filiis DEI adoptivis re-

Præcipuum ac maximum divinæ unionis bonum in quo situm est.

Legendi not. Diximus enim Bibliothecæ Theolog. Tom. 7. lib. 7. fol. 4. & 5. Et dicitur. mystic. Anron. Spirito S. Tract. 4. dist. 1.

Expenditur di-

Theologia
Opus Spiritu
Theologia
Opus

Huius vita felicitatem in hac Unione sitam esse.

peties. Nam quamvis omnes filii DEI sint, & gratia & divina natura participes, ac proinde ei similes in hac participatione efficiuntur; hoc tamen quidam (sunt filii parvoli, in quibus vis aliud, quam naturae patris participatio cequitur) tamen verò sunt filii majores, in quibus ultra hanc participationem, studia etiam & proprietates paternae non parum elucet.

Iusti igitur imperfecti & rudes, qui parum refrigandis passionibus ac cordis puritati student, si divinae participationis dignitatem excipias, viz divinae similitudini vestigium aliud inuenies: filii sunt DEO dissimiles, solum filiorum nomine contenti, perfectam patris similitudinem non curant, & ob eam causam à patre, tamquam sibi dissimiles, minus diliguntur, & non sine nausea tolerantur. Viri verò sancti, ac qui DEO perfecta unione conjunguntur, non gratia & charitate tantum, sed & moribus, & heroicis virtutibus caelesti Patri assimilantur, ac merito usurpare possunt, quod Christus Filius naturalis Patris de seipso testatur Joan. 14. Qui videt me, videt & Patrem. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Elucet enim in eis imprimis DEI charitas, qua DEUM ipsum & proximum ardentissimo amore prolequantur: sapientia conspicitur, qua norunt discernere inter bonum & malum, & separare inter pretiosum & vile, ac novissima providere: subtilis DEI scientia elucet, qua DEUM ipsum ejusque perfectiones immentas purissimo contemplantur intuitu: puritatis quoque divinae gerunt imaginem, dum faciem animae ab omni labe & inquinamento mundam gestare conantur; nec modicum in eis divina splendet potentia & fortitudo, qua daemones tentationes viriliter superant; ac demum pulcherrimam non tam sermone quam operibus IDEM hanc Christi imaginem suis cordibus impressam ferunt.

Præterea, est præclara sit amicitiae & filiationis unio, qua homo DEO, & DEUS homini conjungitur; illa tamen multò præclarior hujus unionis dignitas est, quòd illa sit arctissima sponsi & sponsae conjunctio, & castam connubium, in quo DEUS sit sponsus animae, & anima DEI & sponsa & conjux efficiatur, eamque sponsus castissimo sibi amore copulat, caelestibus donis subarrhat, sumptuosam copiam facit, ac Spiritus sancti prole fecundat. Demum, cum ea non tamquam cum ancilla vel cum amica DEUS se gerit, sed quasi sponsus cum sponsa, quam sibi spirituali connubio copulavit. Rectè igitur in celebri illo Cantico m. epithalamio, ubi acta hujus divini sponsi cum sponsa amoris describuntur, DEUS animam perfectam passim sponsam vocat; imperfectam verò non sponsam, sed adolescentulam: & cum ibi introducatur variis feminarum gradus, quorum aliae adolescentulae, aliae Reginae, concubinae aliae nominantur; una sola ut sponsa loquens & amore vulnerata introducitur, qui sponsae gradus perfectissimam cum DEO unionem ac communionem planè significat.

POSTREMUM autem (& quod summa est aliorum) bonum, quod in hac præclarissima Unione reperitur, illud est, quod homines felices & beatos etiam in hac valle miseriae efficiat. Duas enim beatitudines homini posse coniungere, alteram perfectam & consummatam in futura vita, imperfectam alteram & inchoatam in presenti vita, omnis ferè Theologorum schola docet. Et ut nunc varias tam Theologorum quam Philosophorum concertationes prætermittam, in quo ista beatitudo inchoata consistat; illud nunc præsuppono, quod & plenius inferius demonstrabimus, summam hujus vitae felicitatem in hac sublimi & mystica hominis ad DEUM Unione sitam: nam teste Boetio lib. 2. de Consolatione, beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, qui hominem reddit felicem ac beatum, ejusque mentem ac naturam hoc immenso bonorum cumulo satiat.

Hanc autem vitam beatam in sola cum DEO Unione ac possessione posse reperiri, ea ratione confirmat D. Thomas 1. 2. quaest. 2. art. 8. quia bonum illud, in quo sita debet esse beatitudo, necessariò tale ac tantum esse oportet, ut omnino appetitum satiet, atque ex omni parte penitus impleat; nec enim esset summum bonum, aut ultimum finis nomen illi meritiò conveniret, si aliquid præterea appendendum restaret. Cum igitur humanae voluntatis objectum sit bonum universale, objectum autem intellectus sit universale verum; hinc fit, nihil posse his duabus capacissimis facultatibus satisfacere, nisi ens universale, quod idem est etiam bonum universale: quod quidem cum in rebus creatis inventi nequeat (quoniam creaturas omnes tantam ac limitatam habent & naturam & bonitatem) in sola DEI possessione hominis felicitas erit collocanda, in quo omnia sunt infinitè perfecta.

Hanc autem D. Thomae rationem confirmat D. Augustinus docta & accurata sententia, qui lib. de Moribus Ecclesiae cap. 2. tria ad beatitudinem requirit. Primò, Ut id quo beatitudo quaeritur, sit hominis optimum; deinde, Ut ametur; tertio, Ut etiam habeatur; nam & qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur; & qui adeptus est quod appetendum non est, fallitur.

Et quamvis in hac vita DEI perfecta possessio nemini contingat (est enim propria statu. Beatorum) quòd tamen propius ad eam quibusdam quasi passibus accedimus, & ei quod cum hac majorem habet similitudinem, eò magis perfectae felicitati appropinquamus. Unde etsi in hac vita, perfecta summi boni possessio non habeatur, sed tantum in futura, in qua DEUM revelata facie videbimus sicuti est: in hac tamen vita est quaedam veluti imago, quae aeternae illi felicitati assimilatur, quae in caelestia & fructiva unione hominis cum DEO consistit. Hæc verò nihil aliud est, quam perceptio vitalis experimentalis gustus omnium sensuum interiorum Summi boni, nempe DEI, ac quaedam in ima conjunctio istius summi boni cum intellectu nostro in ratione summae lucis, cum voluntate in ratione summi boni & summe delectabilis, ac demum ostensio faciei divinae sub

Duplex datur hominis beatitudo, perfecta una, altera imperfecta, futura, hæc hujus vite.

Beatitudinis definitio.

Tria ad beatitudinem requiruntur.

Inchoata præsentis vite beatitudo in quo sita sit Vid. P. Phil. Theolog. mystic. 3. part. sub



Trad. 1.
Disc. 1.
art. 5.

sub ratione omnis boni, quantum in hac vita permittitur; & ob eam causam hæc divinarum prægustatio merito beatitudo huius vitæ nuncupatur. Cujus rei ea reddi potest ratio; quia homo operatur tunc perfectissimos actus, & perfectissimo modo: qui actus magis fini, scilicet beatitudini, appropinquant & assimilantur, & ideo similes actus à Theologis beatitudines appellantur, ut aptè docuit divus Thomas 1. 2. quest. 109. ubi art. 2. 31: *Aliqua inchoatio beatitudinis est in hac vita in virtus perfecti.*

Clarius tamen & plenius D. Bonaventura Processu 7. Religionis cap. 15. ubi sublimiorem hominis perfectionem ac beatitudinem quamdam inchoatam in intima ac plena omnium animæ potentiarum cum DEO unione docuit consistere, dicens: *Hæc est hominis in hac vita sublimior perfectio, ita uniri DEO, ut tota anima cum omnibus potentis suis & viribus in DEVM collecta, unus spiritus fiat cum eo, ut nihil meminerit nisi DEVM, nihil sentiat & intelligat, nisi DEVM, & omnes affectus in amoris gaudio uniti in sola Conditoris fruitione suaviter quiescant.* Imago enim DEI in anima, in his tribus potentis expressa consistit; videlicet, in ratione, memoria, & voluntate: & quamvis ista non sunt ex toto DEO impressa, non est anima DEI FORMIS. Forma enim animæ. DEVS est, cui debet imprimi sicut sigillo signatum. Hæc nunquam plena est, nisi cum ratio perfecte juxta capacitatem suam illuminatur ad cognitionem DEI, qui est summa veritas, & voluntas perfecte afficitur ad amandum summum bonum, & memoria plenè absorbetur ad inveniendam, & fovendam & tenendam summam felicitatem: & quia in bonum consummata a seipione constat gloria beatitudinis, quæ perficitur in patria: licet quod istorum perfecta inchoatio, est perfectio vite in hac vita.

Demum Getton de Mystica Theologia, consideratione 42. beatitudinem huius vitæ in hac Unione docet: & probat sitam esse sequentibus verbis: *Per prædictam amorosam Unionem, in qua Mystica Theologia consistere videtur, anima quietatur, satisfiatur, & stabilitur in DEO; quod facile est in primis ex priori deducere. Nam cum res qualibet sit in quiete, dum perfectionem suam adeptæ est, illique conjuncta; & spiritus noster unitur & conjungitur in hac Unionem summo perfectibili per amorem perfectum; ut exinde quietetur, satisfiatur, stabilitur necesse est. Sic materia in forma habitæ, sic lapis in centro positus, sic res qualibet in adepto sine suo quietatur. Anima quippe rationalis, dum conjungitur & unitur DEO, copulatur suo summo bono. Est enim DEVS summum bonum ejus, est centrum ejus, finis, totaque perfectio. Quid ergo aliud ipsa requireret, aut ad quid aliud ipsa ulterius inhiaret?*

Porro in ipsa anima considero tres tendentias principales proportionabiliter ad triplicem vim ejus sive potentiam, quarum una est concupiscibilis, alia rationalis, tertia irascibilis nominatur. Concupiscibilis tendit in bonum, rationalis in verum, irascibilis in iraduum. Sic anima per has vias tendentiam habet in benedictam & sanctam Trinitatem, nimirum quia ad eam & ejus similitudinem facta est, ejusque imago constituta.

Tribus modis anima tendit in Deum.

Attribuimus itaque Spiritui sancto bonitatem, & ad hanc tendit vis concupiscibilis; attribuimus Filio veritatem, & ad hanc tendit vis rationalis; attribuimus Patri potentiam, maiestatem, & gloriam, & ad hoc tendit vis irascibilis. Oportet igitur ut his viribus satisfiatis per conjunctionem cujuslibet cum suo supremo appetibili, anima rationalis casualiter satisfiatur,

quietetur, & stabilizetur: nam si delectatio in bono conveniente & voluptatis suavitate queritur, quid de anima voluptate (beata maxime) sentiendum est? Audiamus quid Prophetæ dicit ad Dominum: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Et infra: *DEVS ergo finis est anima, & ejus ultima perfectio; ipse est velut centrum & locus naturalis omnium desideriorum suorum.* Dum ergo in se desit anima in salutare DEI, velut ad nihilum redacta, nulli jam alteri, nec sibi innititur, sed solum DEO, ut sua dulcedini, ut sua veritati, ut sua glorificationi, dicens pro primo: *Reverti consolari anima mea, memini sui DEI, & delectatus sum.* dicens pro secundo: *Nihil arbitratus sum me scire, nisi IESVM Christum, factum sultus propter ipsum.* dicens pro tertio: *Vtinam, qui gloriatur, in Domino gloriatur!* At proinde non habens quò ulterius tendat, aut quid ulterius requirat, quietatur anima in DEO atque stabilizetur, posidens in eo omnia, ceteraque contemnens atque parvipendens. Hæc Getton.

Cum igitur in hac jucundissima ac felicissima cum DEO conjunctione huius vitæ beatitudo sita sit, mirum est quomodo universi homines, quibus à natura sitis ac appetitus beatitudinis innata est, ceteris curis prætermisitis, in hanc unam tantam cœlesti voluptate referant certatim non incumbant. Si quia enim felicitatis pars in hoc exilio prælibatur, hæc profectò est, quæ ex penultima quadam DEI notitia, gustu tactuque constat. Viros igitur Religiosos, fortes ac strenuos, cupientes DEO singulari foedere sociari, ipsos, inò & omnes alios verbis alloquitur Augustinus in Psalm. 102. *Bonum, inquit, tuum quare, o anima. Est enim bonum aliud alteri, & omnes creature habent aliud quod bonum suum, bonum integritatis suæ, & perfectionis naturæ suæ. Inter est quid cuique necessarium sit ut perficiatur. Quare tuum bonum, nemo bonus, nisi DEVS. Summum bonum, hoc est bonum tuum. Quid ergo deest, cui summum bonum, bonum est? Sunt & inferiora bona, quæ aliis & aliis bona sunt. Pecori quid bonum est, nisi implere ventrem, carere inagenua, dormire, gessere, vivere, sanum esse, generare: Tale tu bonum queris? Coheres Christi quid gaudes, quia socius es pecorum? Erige spem tuam ad bonum bonorum omnium.*

CAPVT IV.

De multiplici anima cum DEO Unionem, præcipue de actuali, & fructiva.

OMISSIS variis Unionis DEI cum anima divisionibus, de quibus multa Mystici Doctores scripserunt, de his tantum, quæ arcane & fructivæ Unioni deservire possunt, differemus.

Primum igitur Unionis genus illud est, quo Triplex DEUS ratione suæ immensitatis omnibus rebus, tam corporalibus quam spiritalibus, est intimè unio. præfens, multò quàm lumen aeri, vel anima corpori penitior: in ipsa enim (ut A& 17. dicitur) vivimus, movemur & sumus. At hic modus unionis, perquam vis supponatur ad fructivam & supernaturalem cum DEO conjunctionem, (ut infra clarius exponemus) adhuc tamen est insufficientis ad eam perficiendam, cum omnibus rebus communis sit, neque propriè unionem aliquam constituat, sed solum præsentiam localem, ac intimam DEI penetrationem præferat. Quare cum Unionem DEI cum anima supernaturalem inquiramus,

Thom
Opera Spiritu
T. II
OVI

mus, h
immedi
conscie
union
Se
per g
stific
storu
ex ha
& co
Grat
temp
stos
facie
ne, c
ten
tia c
effici
sine
luti
non
ex p
ta a
nua
vin
net
cit
pe
u
ac
ne
be
pi
he
pe
ju
ni
hi
q
li
e
f
l

mus, hæc, quæ DEUS rebus omnibus ratione suæ immensitatis inest, improporionaria, ac præcisè considerata, omnino impar videtur, ut in hanc unionem, quæ superioris est ordinis, influat.

Secundum genus Unionis, idque nobilissimum, est per gratiam habitualem permanentem, quam iustificationem Theologi appellant: per quam ita iustorum mentibus infunditur DEUS & unitur, ut ex hac unione filii DEI, tamquam verè participes & consortes effecti divine naturæ, efficiantur. Gratia enim iustificationis (ut peritissimi nostri temporis Theologi philosophantur) quàmvis iustos omnes filios DEI efficiat, non tamen hoc facit ex sua nuda (ut ita loquar) physica perfectione, cum peccatum lethale, si DEI absolutam potentiam inspicias, in uno posset subiecto cum gratia conservari; sed ex eo, quod gratia talis ac tantæ efficacitæ existat, quod mentibus nostris Spiritum sanctum, seu divinam naturam uniat, cuius est veluti vinculum. Filius enim verè quis constituitur, non ex collatione alicuius qualitatis sive dotis, sed ex participatione & communione ejusdem naturæ ab altero acceptæ. Quare, sicuti Verbum divinum est verè Filius Patris æterni, quia accepit divinam naturam à Patre per æternam generationem; & similiter Christus, in quantum homo, dicitur Filius DEI, quia accepit naturam divinam per unionem hypostaticam: ita homo iustus dicitur filius DEI, quia naturam eandem divinam accepit per unionem gratiæ.

Quamvis sit maximum discrimen inter hominem iustum & Verbum divinum in modo habendi illam naturam: nam Verbum ita eam accepit, ut illi essentialiter & per identitatem sit unita; humanitas verò eam accepit, ut ei substantialiter per conjunctionem in eadem hypostasi uniat; iustus verò solum accidentaliter, nempe per unionem gratiæ iustificantis coniungitur. Unde gratia habituali filii DEI nominatur & sumus, non quia gratia sit forma præcipua, à qua dicatur filii, (hoc enim ipsa Divinitas nobis communicata efficit); sed quia est veluti vinculum & unio illius formæ, nempe Divinitatis, qua ratione ab unione hypostatica ille homo Christus dicitur Filius DEI. Sicut enim ibi unio hypostatica se habet instar vinculi, non formæ principalis; ita hæc gratia habitualis.

Habet autem gratia hanc vim, non ex nuda sua physica natura & entitate, sed ex ordinatione divina rerum naturis consentanea; nulla enim erat qualitas creata magis conveniens ad hunc effectum: quare DEUS illam huic functioni deputavit, eique suo decreto hanc vim & efficaciam stabiliter annexit. Quare ista quæ per gratiam fit unio, ita secum trahit naturam divinam, eamque nobis præsentem & inhabitantem facit, ut etiam si ipsa non esset immensa & ubique, tamen eam nobis intimè præsentem sisteret. Ratio est, quia unio DEI quæ fit per gratiam, non est solum unio per affectum & amorem, ut quidam imaginantur; sed est unio per naturæ communicationem & inhabitationem Spiritus. Atqui non possunt dici filii DEI & participes divinæ naturæ, si ipsa non sit in nobis, sed procul à nobis separata. Hinc Spiritus sanctus dicitur nobis dari in iustificatione, & ipse DEUS ad nos venire, & in nobis manere.

In hac quoque habitualis gratiæ possessione sive conjunctione, Unio hæc fructiva & supernaturalis, in qua nostram beatitudinem sitam esse superius Cap. 3. ostendimus, nequit consistere;

quia unio ista, quæ cum DEO fit mediâ habituali gratiâ, communis est omnibus iustis, etiam pueris ante rationis usum baptizatis: & præterea gratia ista ordinatur ad ulteriorem & perfectiorem cum DEO unionem per actualem cognitionem, & amorem, in quibus hujus vitæ felicitas consistit, in quantum isti actus contemplationis & amoris proveniunt à Sapientiæ dono, ut inferius latius exponemus. In hac tamen gratiæ habitualis unione quodammodo dici potest beatitudinem hujus vitæ consistere, quia hæc unio iustus perfectæ & completæ beatitudinis jus tribuit.

Tertium Unionis genus est, per actualem amorem sive tendentiam in rem amatam, qua amans rei amate actu inhæret, ac per amoris affectum sive effectum ei unitur. Est enim amor (ut S. Dionysius lib. de divinis nominibus cap. 4. tradit) virtus unionem faciens: id est, ut D. Thomas 1. 2. quæst. 28. art. 1. exponit: *Amor facit unionem, vel effectivè movens ad desiderandum & amandum præsentiam amati, quasi sibi convenientis; vel formaliter, ut amor amicitie, qui est talis unio vel nexus.* Unde S. Augustinus lib. 8. de Trinitate. *Amor est quasi junctura quædam, duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet, & quod amatur.* Quod enim dicitur copulans, refert ad unionem affectus, sine qua non est amor; quod verò dicitur copulare appetens, pertinet ad unionem realem. Utriusque amoris tam affectus quàm realis rationem & finem expressit David Psal. 42. *Priorem quidem, id est, affectus, illis verbis: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEUS.* Posteriorem verò, id est, realem, sequentibus verbis: *Quando veniam, & apparebo ante faciem DEI.* Sic S. Augustinus lib. 5. Confess. cap. 5. *Qui mihi dabit, ut venias in cor meum, & inebries illud, ut obliviscar mala mea, & unum bonum meum amplectar te: Noli abscondere faciem tuam, moriar, ne moriar, ut eam videam.*

Ista Unio per amorem actualem propriè est effectus ipsius habitus charitatis & gratiæ; & si quæ unio animæ nostræ cum DEO beata sive fructiva in hac vita contingere potest, necessariò mediò hoc actuali amoris nexu fieri debet: nam cum Unio ista supernaturalis sit quidam vitalis sensus & gustus, sive experimentalis perceptio DEI, necessariò debet in actione sive operatione vitali, sive intellectus, sive voluntatis consistere, aut in utriusque cum DEO perfectæ conjunctione.

Præterea, quia cum hæc Unio, ut ex superioribus constat, sit quasi ultima perfectio hominis, & In ea cõ-complementum omnis boni, cuius homo delectatur; ut in hac vita, nullatenus in habitu habituali dispositione potest consistere: omnis enim habitus ordinatur ad actum, actus verò ulteriores perfectionem non inquirunt, sed ad objectum tendunt, cui per se coniungit mentem ac unit, & omne ac proinde in actu unio animæ cum DEO debet consistere.

Demum, nullum bonum, quantumvis magnum, quantumvis menti unitum, potest illam delectare, neque contrâ animam eo frui, aut delectari, aut per amorem ei adhærere potest, nisi dignoscatur, sentiat, ejusque bonitas & dulcedo animæ conjuncta quodammodo gustetur. Igitur Unio supernaturalis, quæ nos summo bono, cognitione, amore, & fruitione coniungit, in actione aliqua intellectus aut voluntatis consistere debet, ut ex discendis inferius plenius constabit.

CAPUT

Tertius per actualem amorem. Amor facit unionem, vel effectivè movens ad desiderandum & amandum præsentiam amati, quasi sibi convenientis; vel formaliter, ut amor amicitie, qui est talis unio vel nexus. Unde S. Augustinus lib. 8. de Trinitate. Amor est quasi junctura quædam, duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet, & quod amatur. Quod enim dicitur copulans, refert ad unionem affectus, sine qua non est amor; quod verò dicitur copulare appetens, pertinet ad unionem realem. Utriusque amoris tam affectus quàm realis rationem & finem expressit David Psal. 42. Priorem quidem, id est, affectus, illis verbis: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEUS. Posteriorem verò, id est, realem, sequentibus verbis: Quando veniam, & apparebo ante faciem DEI. Sic S. Augustinus lib. 5. Confess. cap. 5. Qui mihi dabit, ut venias in cor meum, & inebries illud, ut obliviscar mala mea, & unum bonum meum amplectar te: Noli abscondere faciem tuam, moriar, ne moriar, ut eam videam.

Hæc unio effectus est gratiæ & charitatis.

In ea cõ-complementum omnis boni, cuius homo delectatur; ut in hac vita, nullatenus in habitu habituali dispositione potest consistere: omnis enim habitus ordinatur ad actum, actus verò ulteriores perfectionem non inquirunt, sed ad objectum tendunt, cui per se coniungit mentem ac unit, & omne ac proinde in actu unio animæ cum DEO debet consistere.

CAPUT

CAPVT V.

De duplici actuali Unione animæ cum DEO, quarum una sobria, ebria altera & ecstasica nuncupatur.

Duplex actualis unionis species, quæ a priora activa, nuncupatur,

CHARITATIS actus mentem nostram cum DEO in unum & supernaturaliter coniungunt. Est autem hujus actualis Unionis, quæ ab habitu charitatis dimanat, duplex genus: Alterum, quo DEO activo sive humano modo, superna, ut tamen amore, diligimus, nostram voluntatem cum illo per actualem amorem uniendo, ac ut summum bonum amplectendo, per quæ ejus divinæ voluntati conformamur, ac nostram voluntatem in divinam veluti transfundimus, ac omnino resignamus: ad quam unionem actualem, quando fervens est, consequitur etiam unio memoriæ & intellectus, nempe ut actu recordemur DEI & illum præsentem in omnibus, quantum humanæ fragilitati permittitur, animæ oculis in tuetur ac contemplari valeamus.

vid. Theolog. myst. P. Philip. 3. part. Tract. 1. Disc. 1. art. 4. & P. Antonii Director. myst. Tract. 4. disp. 1. sect. 4.

Altera passiva.

Hæc Unio idèo vocatur à Mysticis activa sive affectuosa, eò quòd quilibet iustorum, specialem DEI fretus innoxiusque auxilio, ad hujus divinæ unionis executionem conari possit, quæ per divinam gratiam in nostra potestate constituta est. Hæc est illa charitatis unio, quam Apostolus vinculum perfectionis appellat, & in qua substantialiter Christiana perfectio consistit, & quam diebus singulis Oratione Dominica flagitamus illis verbis, *Fiat voluntas tua*, in qua nemo se perfectionem consequi posse arbitretur, cum sit quasi cardo & culmen ipsius vitalis vitæ, ad quem veluti ad finem ceteræ omnes uniones, cuiuscumque generis & conditionis sint, ordinantur, Apostolo dicente 1. Tim. h. 1. *Finis præcepti dilectio est.*

Posterioris Unionis genus passivæ Unionis nomen idèo sortitum est, quòd ejus possessio à libera voluntate nostra nequaquam dependeat; est quippe donum DEI peculiare, quo ipse voluntatem nostram ad vehementem amoris excessum promovet, cum potentiarum suspensione, sensuumque alienatione. Nec idèo vocatur passiva, quasi voluntas nihil penitus operetur; sed quòd non sit potentia, etiam cum speciali auxilio viâ ordinariâ à DEO iustis largiri solito, hanc unionem acquirere, nisi specialem DEI gratiâ mediâ, aliqua donorum Spiritus sancti operatione moveatur ac elevetur. In hac autem motione se habet voluntas veluti passivæ: non tamen coactæ, sed potius ingenii cum lapore, spontaneæ, & sæpè etiam liberè ad divina elevatur, nihilominus tamen à DEO efficacissimè impellitur, quo sensu rectè D. Dionysius de suo discipulo Dorotheo aiebat, quòd erat divina patients, eò quòd ejus voluntas à DEO ad quamdam unionem incommensurabilem, suavem, & delectabilem (quæ Unio passiva solet appellari) suaviter ducebatur.

Hæc Unionum, tam activæ quàm passivæ, meminit Bernardus Serm. 2. de Ascensione: *Quidam trahuntur, qui dicere possunt: Trahe me post te. Nonnulli ducuntur, qui dicunt: Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Alii rapiuntur. Et primi quidem felices, qui in patientia sua possident animas suas: secundum feliciores, qui ex voluntate sua consentunt Domino: tertii felicissimi, qui in profundissima DEI misericordia, quasi sepulta arbitrii libertate, in divitiis gloriæ, in spiritibus amoris rapiuntur, qui spretis ac su-

pergresso adminiculo rerum ac sensuum, non ascensibus gradibus, sed inopinatis instantaneisque excessibus feruntur in Patrem. Duo priores à DEO tracti, Unioni activæ: tertii verò rapti, passivæ deputantur.

Clarius adhuc duplicem hunc Unionis modum distinguit Dionysius Carthusianus in Commentariis Mystica Theologia D. Dionysii Areopagita verbis sequentibus: *Porrò viri fideles, heroici & perfecti, longè sublimius Mysticam Theologiam sortiuntur, experiantur, veniunt per supernaturalem charismata Spiritus sancti, quod & dupliciter accidere solet. Primo, per eorum præparationem, cooperationem, & conatum ad hoc dando seipsos ad abstractionem à cunctis creatis, & ad servidam unionem cum DEO per recollectionem mentis suæ ad intra, & per affectuosissimam divini invocationem auxiliis, ac considerando inflammativa divini amoris.*

Secundo fit istud modo mirabilis & eminentior, quantum forsitan non magis meritorio semper, videlicet, dum fervens amor absque conamine propria præparationeque prævia, repente prevenitur, prastringitur, inflammatur, & super se tollitur, contemplationisque luce exuberanter perfunditur, præoccupatur, ac vincitur, ut etiam si velit resistere, nequeat, neque evadere possit supergratiosissimi Spirituum amplexum sponsi, à quo in regione luminis insinuat transferatur, in quo verè idem sunt, regio, & habitatio.

De hac etiam distinctione Unionis activæ & passivæ, sive fructivæ, agi expressè Richardus lib. Legend. 5. de Contemplatione, cap. 6. Ponit prior, nempe Biblioth. Activa, à Mysticis dicitur sobria, quia spiritus non Theolog. ster sui compos unum fit cum Spiritu divino. Sec. Tom. 7. cuncta verò id est, passiva, ebria, quia ductus in lib. 7. scilicet cellam vinariam ibi in unum cum DEO unione dicitur cap. 6. vini amplexus dulcedine suavissime meditari. pag. 649. De illa dicitur Cant. 5. Bibite amici de hac autem, inebriamini charissimè. Rottus, quæ illa consistit in quadam adhesionem cum DEO; posterior, in adhesionem & fructione, quod proprium perfectiorum est, idèoque vocatur à Contemplativis suavis, dulcis, ac felix, propterea quòd hoc in statu micæ nonnulla panis illius coactis, quo Beati fatiantur in cælis, prægeantur incipiunt.

Demum illa Unio, quæ sobria nuncupatur, ab habitu charitatis, vel etiam à dono Sapientiæ procedere solet, maximè quando cognatio est dulcis & saporosa absque ulla sensuum abstractione. Quæ verò ebria dicitur, à Sapientiæ dono, (vel fortan ab alio principio) quòd mei alia Spiritus sancti dona nobilissimum est, non utrumque dimanat, sed eminentiori modo & diviniore, quando ita præ amoris lapore & magnitudine, & lucis fulgore, mens tanta vi & ardore DEO ipsi in mediâ conjungitur, ut in ecstasim rapiatur. Hanc igitur ecstasiam & fructivam Unionem, ejusque gradus, super est ut explicemus.

CAPVT VI.

De gradibus Unionis ecstasica & fructiva.

EST ASIM divinam à tribus præcipue fontibus dimanare, auctor est venerabilis Richardus lib. 5. de Contemplatione, qui latissimè à cap. 5. usque ad 14. de hac re præclarè tractationem, & rudiè, ut lolet, instituit. Nos verò brevitate consulentes, ecstasiam sive alienationis tres causas prin-

cipiave ad brevem summam reducemus; illud in primis prae notantes, nostrae intentionis esse, tantum de supernaturali ecstasi differere, cujus ipse DEUS efficiens est causa, cum ejus inspiratione & afflatu anima excedere, & a sensibus abduci solet, ut interim eam excludam ecstasim, quae vel a daemone, vel a nimia imaginationis actuacione, seu ab infirmitate provenire solet.

Ecstasis divina tres possunt esse causa. Tibus igitur de causis animam in alienationem ferri Richardus docet, aut praemagnitudine devotionis, aut praemagnitudine admirationis, aut praemagnitudine exultationis. Primum horum ornat affectum, secundum illuminat intellectum, tertium utrumque consequitur.

Magnitudo devotionis. Oritur ergo ecstasis ex magna devotione sive amore, quando anima tanto desiderii caelestis & divini amoris igne succenditur, ut ad ceram similitudinem liqueat, & quasi a proprio statu dimota, & inlata sumi attenuata, ad superna conscendat. Cui devotioni & amori aliquando magnitudo lucis adjungitur, aliquando solus devotionis affectus alienationem operatur.

Magnitudo admirationis. Oritur demde ex ingenti admiratione, quando anima divino lumine irradiata, & summae pulchritudinis perfectionis; divinae cognitione suscipiens, tam vehementi stupore concutitur, ut in similitudinem fulguris coruscantis, transcensit sensibus, in summa elevetur. Et haec quidem admiratio ac perfecta cognitio, interdum animae non praevenerat adivenit; interdum in eam affectui amoris, vel profunda meditatione incumbentem irruit; interdum a lumine incipiens in ardentissimum fervorem definit. Tunc etiam homo ab exterioribus sensibus alienatus, vel sensibus interioribus utitur, cum scilicet imaginatio contemplationi intellectus cooperatur; vel etiam a sensibus interioribus aliquando abstractus sine ulla forsitan phantasmatum incurfione, ut libro de Contemplatione laetus pertractavimus, DEUM intuetur, & amore voluntatis, qui hanc cognitionem sequitur, ardentissime diligit.

Magnitudo exultationis. Oritur tandem ecstasis sive raptus ex ineffabili exultatione, quando anima aeternae suavitatis abundantia potata, imò & plene inebriata, quid sit & quid fuerit penitus obliviscitur, & in alienationem excessum letitiae nimietate transfertur. Haec autem jucunditas supra modum laeta, & haec exultatio supra omnem sensum nostrum jucunda, aut magnam de oratione, aut magnam admirationem supponit. Quia si anima summum illud bonum, quod impensè desiderabat, aut affectu, aut intellectu non possideret, nequaquam tam ineffabiliter exultaret, nec sensuum ulium praemirratione deponeret.

Duplex alia ecstasis assignatur a S. Bernard. & S. Thom. causa. Praeclarè tamen & convenientius sanctus Bernardus *Serm. 49. in Cant.* (cujus etiam sententiae subscriptis D. I. thomas 2. 2. *quest. 175. art. 1. & 2.*) duplicem excessus causam tantum agnovit; alteram, qua excessus in intellectu ex abundantia supernaturalis luminis; alteram, qua in affectu, praenimio amore sive delectatione causatur: unde exponens illa verba *Cant. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam, & c.* ita inquit: *Cum enim duo sint beatae contemplationis excessus, in intellectu unus, & alter in affectu; unus in lumine, alter in fervore; unus in agnitione, alter in devotione: pius sanè affectus, & peccatus amore calens, & sancta devotionis insusio, extiam & vehementi spiritus repletus zelo, non plane alimnde quam e cella vinaria reportantur; & cuicumque cum horum copia surgere oratione donatur, potest*

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

in veritate loqui: Quia introduxit me Rex in cellam vinariam.

Primus excessus, qui in maximo lucis splendore fit, potest sine secundo, qui ab amoris ardore oritur solet, aliquando contingere: intellectus enim operationes ab his, quae a voluntate dimanant, non pendent, in voluntate verò nullus mentis excessus, sive ab amore, sive a delectatione proveniat, absque praevia intellectu cognitione accedere potest: potest tamen, licet raro, amoris excessus, nulla percepta in voluntate delectatione, causari.

Illam verò ecstasim, quae ex amoris magnitudine sive jucunditate causatur, a dono Sapientiae, tamquam ab uberrimo fonte descendit; nam cum haec ecstasis sive excessus sit cum amorosa unione conjunctus, atque haec sit nobilissima atque divinisissima operatio hominis; necesse est, ut a nobilissimo principio ac excellentiori dono efficiatur, vel ab alio sublimiori promanet.

Illud praeterea observatione dignum videtur, mentis excessus, quicumque sint illi, dummodò ex amore & delectatione causentur, ad tres potissimum gradus reduci, ut in *Tractatu de Donis Spiritus sancti* plenè annotavimus, ubi tres gradus, scilicet, infimum, medium, & supremum tam in dono intellectus quam Sapientiae distingimus; quorum infimus ad vitam Purgativam, secundus ad Illuminativam, ultimus ad Unitivam pertinet. Hi igitur amorosae & sapidae contemplationis gradus, cum mens per donum Sapientiae elevata divinis inhaeret, ac ea ex splendidissimo ac suavissimo amoris lumine inruetur, & per amorem & fruicionem in DEUM transformatur, ac illi unitur, cum ecstasi ferè semper contingere solent; & tunc mente per amorem & delectationem cum sensuum abduccionem quoquomodo unia, late quidem *Unio fructiva* dici potest, quia anima DEO per amorem inhaeret, & coque suaviter perficitur. Unde in omnibus his tribus statibus *Unio*, quae *fructiva* dicitur, secundum varios perfectionis gradus invenitur.

Quare primus ecstasice sive fructivae Unionis gradus tunc contingit, cum è rerum visibilibus intuetur, superna & invisibilia ex ardentissimo ac dulcissimo amore, DEO animam per Sapientiae donum illustrante, contemplatur. Solet enim aliquando in hoc contemplationis genere gratia clementissimi DEI instar rivuli in vires sensitivas ita influere, ut ex ejus vehementia mentis alienatio resultet. Hic autem raptus in inferiori animae parte perficitur, & ad viam supernaturalem Purgativam reducitur, in qua etiam DEUS Incipientes animae ac incredibili voluptate permulcet, & supremo lumine illustrat. Gradus autem hujus Unionis, utpote quae a vehementia amoris & delectationis sensibilis causatur, non adeò defecatus & purus esse solet, quo ad usque animus ad purissimam virium superiorum unionem assurgat.

Secundus gradus, qui praecedentem consequitur, ille dicitur, cum spiritus humanus ad sublimiorem ac nobiliorem assurgens DEI contemplationem, immediatè, quae divina sunt, absque creaturarum speculo conspicit, ac eis amore dulcissimo inhaeret; ubi sicut cognitio est altior & sublimior, ita affectio nobilior & purior: suavissimus enim DEUS in hoc gradu intellectum sublimius elevat, ac voluntatem veluti trahit ad altiorem quemdam amoris & delectationis amplexum, quam in priori gradu, ex cuius vehementia homo à seipso abduccitur, ad divina sublimatur. Hic autem

Bb

Confutatio. no. fit Ba. thal. à S. Ca. bar. Committ. in cap. 1. Castelli an. me S. M. Theresiae splendore 4

tres gradus excessuum mentis.

Primus gradus exponitur.

Secundus primo sublimior delectatur.

tem

tem gradus, veluti excelsior primo, supernaturalem & illi minaturam viam concernit.

Tertius verò Unionis fructivæ gradus tunc contingit, quâdo supra rerum sensibilem sive intelligibilem speciem sive imagines, simplici intelligentiæ oculo DEUM ipsum, supra omne id quod intelligi & concipi potest, per omnium ablationem ingrediens divinam caliginem (ut S. Dionysius loquitur) intuemur, etque intimè & immediata è unimur, ac divinam ejus præsentiam vitali sensatione percipimus, in eumque per amorem fructivam transfundimur: qui gradus omnium aliorum supremus ad supernam viam, quam Unitivam appellamus, verè spectat.

Primus igitur gradus in prima animæ regione, secundus in media, tertius verò in suprema perficitur; ac hi tres gradus, quos diximus tribus hierarchiis, sive triplici animæ cælo, secundum potentiarum divisionem (de qua nos in *Tractatu de Contemplatione supernaturali* plenè locuti sumus) correspondent.

Hæc denique ecclasticæ Unio & fructiva, secundum hunc triplicem gradum considerata, partim ad Incipientes, partim ad Proficientes, partim etiam ea, quæ perfecta est & suprema, & quæ verè Unio fructiva dicitur, ad Perfectos ac heroicos viros spectat, quod Magistri spirituales memoria sedulo deberent mandare: nam hujus doctrinæ ignorantiam multos errasse vidimus, existimantes quemlibet mentis excessum rem esse magni momenti, & heroicæ virtutis manifestissimum indicium, ac arctissimam & immediatam esse cum DEO fructivam unionem, cum non raro non tam ab objecti nobilitate, quàm à potentie contemplantis debilitate oriatur. Imò, etiam si DEO ipso inspirante divinitus causetur, non tamen nobilitati & perfectioni modo semper à DEO efficitur: nam DEUS auctor gratiæ & donorum supernaturalium, in suis operationibus ordinatè, ad instar naturæ à minùs perfectio gradu ad perfectiorem ascendit.

Hæc igitur Unio fructiva, quæ in hoc supremo Perfectorum statu percipitur, dupliciter contingit. Quædam tantum in affectu, sicut contingit etiam in aliis duobus Purgationis & Illuminationis statibus (ut superiù hoc capite annotavimus) licet in hoc tertio ex majori amoris, fructivæ & lucis plenitudine, quàm in aliis inferioribus statibus causetur. Alia verò, quæ propriè mystica & fructiva nuncupatur, quæ verè non affectu tantum, sed in effectu animam immediatè DEO ipsi, ac cano vinculo connectit, propriè ad hunc tertium statum spectat.

Differunt verò quamplurimum hi duo Unionis ecclasticæ gradus: nam in primo, anima per ardentissimum ac fructivum amorem DEO inhæret, ac in ipsum deliciosissimè transformatur, non tamen DEO immediatè unitur, nec ejus amplexum, deosculatorem, sive Deificam præsentiam percipit; experitur enim aliquando miram dulcedinis suavitaem, ardentissimum amorem, & splendorem DEI, sive radios divini Solis in essentia animæ commorantis, non tamen ipsum solem, nec illum ferventissimi caloris, fecunditatis, lucis & splendoris uberrimum fontem attingit, ideoque adhuc optat DEUM præsentem sentire, ac in nudis ejus brachiis requiescere. Quare altior Unionis & præclarior gradus ille dicitur, cum DEUS menti ad ejus arctissimam unionem anhelanti se immediatè communicat, in fundit, illabitur, ac manife-

stat, eamque ad se elevat, intra se rapit, deosculatur, amplectitur, ac se intuemum, gustandum, fruendum offert, ac liberè exhibet. Quare hæc Unio, in qua DEUS animæ ostendit se & manifestat, est immediata: atque experimentalis cognitio DEI per unitivam amplexum amoris, domi ei supremus affectivæ apex per amorem unitur ardentissimum. Hæc est unio omnium felicissima, quæ ab omnibus aliis in eo potissimum differt, quòd illæ mentem DEO tantum per affectu conjugant, hæc verò ipsi DEO in affectu & in effectu reali, & immediata voluntatis conjunctione animam connectit, de qua latius infra, Deo proprio, dicemus: priùs tamen Unionis ecclasticæ & fructivæ dignitatem tam ex Scripturæ sacre, quàm Patrum sententiis stabilemus.

CAPUT VII.

Scripturæ sacre testimonium Unio fructiva ostenditur.

LINGUA amoris non amantibus barbara est, ut pulchre Bernardus *Serm. 79. in Cant.* 172 dicit; nec enim animalis homo percipere ea qua DEI sunt potest: cuius rei eam rationem reddidit S. Augustinus, quia in homine carnali, regula intelligendi est consuetudo cernendi. Quare hi, qui DEI suavitatem nequaquam prælibarunt, ac divinarum affectionum expertes sunt, non mirum videri debet, si ea quæ arcana sunt ac recondita, nequeant percipere. Quare non desit etiam hoc sæculo protervi Theologi, qui existimarent hanc, quam nos ecclasticam & fructivam Unionem nuncupamus, rem esse à Mysticis Doctoribus adinventam, non tamen ex Evangelio aliisve Scripturæ locis, sive Patrum doctrina posse probari: unde hi, qui Theologorum nomine inaniter gloriantur, Mysticorum doctrinam in hac parte, tamquam vanam ac ineptam, seu potius phantasticam, irridere solent; cum tamen sint Scripturæ sacre oracula non paucæ, Patrumque testimonia quamplurima, quæ Unionem hanc apertis verbis confirmant, ut plenius ex dicendis infra constabit.

Sed antequam ad Scripturæ testimonia accedamus, illud in primis præmittendum duxi, Scripturam sacram non semper eisdem verbis, quibus nos Unionem usurpamus, appellare solere, sed & versis pluribus aliis, æquivalentibus: amen, quorum aliqua unionem ipsam, scilicet strictissimam animæ cum DEO per amorem cum ingenti suavitate connexionem sive arcanum vinculum, alia incredibilem dulcedinem, alia mirabilem splendorem, alia demum nunc effectus, nunc proprietates ac circumstantias alias clarissimè denotant, ut jamjam, antequam ad ulteriora progrediamur, ex variis epitheris in Sacra pagina huic Unioni attributis, sive figuris tam veteris quàm novi Testamenti non obscure constabit.

Infinita propè sunt, eaque præclara, quæ in Sacris literis sub variis nominibus de hac singulari Unionem prædicantur: quorum aliqua Gerson *Tom. 2. Serm. de Spiritu sancto, consideratione 2. his verbis refert: Hac est pax, inquit, quæ exuperat omnem sensum, pax quam mundus dare non potest. Et infra: Solus Spiritus Domini est, qui replet in bono desiderium nostrum, qui adipe frumenti saturat nos, qui dat manna absconditum, quo Propheta passus est: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine.*

Doctrina à Magistris spiritualibus impense animadverrenda.

Opus Spirituale II

Tom. 7. lib. 7. sect. 4. cap. 6.

ne quam abscondisti timentibus te? Hic est calculus filiorum DEI, habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit. Hic in divinam caliginem instar Moysi vocatur spiritus: hic in sibilo auræ tenuis sentitur Dominus, hic in thalamo dormit & requiescit Salomon pacificus, & Benjamin adulescentulus in mentis excessu. Hic gustatur savus mellis, savus propter illuminationem intellectus; mel propter dulcorationem affectus. Hic Moyses mysticus ducit gregem virium suarum in interiora deserti. Hic sedet solitarius, & levat se supra se, ubi Dominus loquitur ad cor ejus. Hic dicit Petrus, Bonum est nos hic esse & Philippus, Sufficit; & Maria Magdalena, Vidi Dominum, & hac dixit mihi. Hic introducitur anima in cellam vinariam, ubi bibit ebriam sobrietatem spiritus, ubi suspirabunda epithalamium canens verba dnmōtat. Dilectus meus mihi, ait, & ego illi: ego dormio, & cor meum vigilat. Hic obtestatur dilectus de dilecta: Aduro vos filie Jerusalem, ne suscitetur, vel vigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

Idem Tom. 3. tract. 9. super Magnificat, pulchra alia etiam hujus altissima mentis cum DEO fructiva conjunctionis epitheta sive nomina in unum coegit. Dicitur, nquit, mansio DEI in homine, & hominis in DEO. Dicitur vivificatio & habitatio vite aeterna saltem in radice, ut hic, Vivet in aeternum, quia sua gratiam habet. Dicit autem Apostolus, quod gratia DEI est vita aeterna. Dicitur & osculū oris sponsi, quod petit sponsa. Dicitur lac, & vinum, & unguenta, & oleum essusum. Dicitur introductio in cellaria, conjunctio dilecti inter ubera sponse tanquam fasciculus myrrha. Dicitur suus decor, sua quies in lectulo florido. Hoc est donum perfectum de sursum descendens, non ascendens de deorsum. Hac est Sapiētia divinitus inspirata cum suis laudibus universis. Hac divinum silentium, hoc sibiū auræ tenuis, hoc sursum verbi absconditi, hoc vox quasi auræ lenis, imō & tonitruū magni; & ut ad unum colligamus innumera, quidquid sonat mansionem, vel habitationem, vel inhesionem, vel unitatem in unius corporis & unius spiritus, anima cum DEO, sponsa cum sponso, unica cum unico. Haec tenus ille.

Operet jam ut specia im ex aliis Scripturæ locis hanc unitatem animæ cum DEO ded cam. s. Primò, Gen. 2. illis verbis, Immisit Dominus soporem in Adam, non oblectare significatur: nam, ut bene Interpretes addeunt, pro sopore Hebraicè est Thardemab, id est, immisit gravem & profundum somnum: unde patet, non tantum totum hic, sed etiam simul cum somno raptum sive ecstasim mentis ad divina intuentia intelligi. Imò sunt qui putent, Adamum in hac ecstasi DEI essentiam vidisse, in quam sententiam aperte inclinat Richardus in 2. dist. 23. art. 2. q. 1. Sed quidquid sic de hac re, illud videtur apud Patres certum, Adam in hac ecstasi accepisse à DEO sententiam insulam omnium rerum, ac pari modo sibi insulam fuisse fidem & cognitionem rerum supernaturalium altissimam, & denique summam contemplationis DEI & Angeli unum gradum fuisse adeptum, ut ex S. Augustino & Gregorio Pererius docet ibidem.

Secundò, Exodi 33. cap. illis verbis, quibus Moyses humiliter precabatur à DEO, Ostende mihi faciem tuam, hujus Unionis, de qua loquimur, præcipue fieri mentionem, ex ipso contextu aperte colligitur. Nam in primis loco illorum verborum, Ostende mihi faciem tuam, Septuaginta vertunt, Ostende mihi te ipsum manifeste, aut cognoscibiliter: non quia Moyses his verbis claram DEI visionem vel essentiam divinam intuitum postulare videatur, sed po-

tius clariorem DEI visionem, quam in via de lege ordinaria DEUS visoribus solet concedere, ut rectè advertit D. Thomas 1. 2. q. 98. art. 3. ad 2. ubi explicat hunc locum de contemplatione altissima, quæ est infra divinæ essentiae visionem, quæ nunquam sine altissima amoris divini unione reperitur, quo etiam sensu idem D. Thomas 1. p. q. 12. art. 11. ad 1. exponit illam visionem Jacob Gen. 32. Vidi Dominum facie ad faciem, &c. Videndus quoque S. Gregorius in illa verba Job 33. Videbit faciem ejus in júbilo, quæ in eodem fecim⁹ sensu ab illo declarantur lib. 24. Moral. cap. 7.

Tertiò, Verbis adeò illustribus hæc animæ ex DEI Unione & desponsatione felicitas proveniens ab Isaiā multis in locis aperte describitur, ut vix clariora testimonia ex univ⁹ Scriptura depremi possint: enim cap. 35. spiritu prophæico futuram Mellisæ tempore ingenem bonorū spiritualium ubertatem eo verborum ornatu ac sententiarum gravitate depinxit, ut nihil excogitari videatur posse sublimius. Primùm enim Ecclesiā quasi desertam, & tempore Legis veteris arētem, habituram esse affirmat tempore gratiæ speciem illam, quam habuerunt montes pulchritudinis atque ubertatis nomine in Scriptura sacra laudati: deinde, illo tempore spe futuræ libertatis, languētes & abjectos animos confirmandos ac robore dōdofocj demum, Evangelicæ temporis statum ac spirituale incrementum, ad finem usque captivitatis hæc describit. Quare non abs re est, univ⁹ sum Isaiæ caput huic tractationi inferere.

Letabitur deserta & in via, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilyum. Germinans germinabit, & exultabit latibunda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Consortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Consortamini, & nolite timere: ecce DEVS vester ultionem adducet retributionis: DEVS ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi eorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet, sicut cervus, claudus; & aperta erit lingua mutorum: quia scisse sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erant arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur vivor calami & junci. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit via directa via, ita ut stulti non errent per eam, non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti à Domino convertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super capita eorum: gaudium & lætitiā obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus.

Expendenda sunt illa verba: Exultabit solitudo, & florebit quasi lilyum, gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem DEI nostri, &c. verè enim his verbis alluisse videtur Isaias ad illud Psal. 62. In terra deserta, & in via, & iniquosa, sic in sancto apparuit tibi. Quasi dicat: Animam, quæ prius erat deserta, arida, atque infructuosa, convertendam in locū irriguum & amœnū; cuius speciem & decorem montibus Libani & Carmeli ideò comparat, quia illi montes speciosissimi ac fecundissimi, atque delictis pleni in Terra promissionis habebantur. Præterea illis verbis, Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem DEI nostri, quid aliud aptius clariùve potest significari, quam illapsus ille, sive manifestatio DEI in membris defæcatis, quæ DEUS

animam amplectitur ac deosculatur, ac se tangendum ac osculandum præbet, quaque vicissim anima amplectitur ipsum DEUM: hanc enim esse propriissimè Unionem ecclasticam & fructivam, superiùs attingimus.

Deinde verba illa silentio non sunt præmittenda, Tunc aperientur oculi cæcorum, ulque ad finem, Gaudium, inquam, & exultationem obtinebunt. Quibus quid aliud à Propheta significati putas, nisi abundantiam gratiarum & donorù, quæ illis verbis, Scisse sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine; & quæ erat arida, erit in stagnum, & siccus in fontes aquarum, denotatur apertè: non enim putei vel fontis aquarum, sed & torrentis copia describitur. Demum quid putas per cervorum saltum, & linguarum mutorum apertionem, &c. alique similia, nisi varios effectus hujus divinæ cum DEO conjunctionis denotari?

Idem quoque Isaias cap. 58. si attentè & profundè consideretur, non obscure sanè hujus DEI cù anima per amorem vinculi tenacissimi effectus docuit, dicens: *Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & erit quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aqua. Et post pauca: Tunc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudines terra, & cibabo te hereditate Jacob patris tui.* Hæc Isaias. Quibus expressè verbis requiem sive delectationem mirabilem, quam anima percipiet in hoc osculo pacis, lucem & splendorem, quo mens à tenebris eruta illuminatur, ac felicitatem insignem qua in hoc statu fruetur, apertè declarat: quod similitudine horti irrigui ostendit. Magna sanè est hortorum amœnitas ac jucunditas: quare DEUS animæ à tenebris liberatæ felicitatem cum irriguo horto comparat, cui jugis aqua deesse non solet. Est autem hæc comparatio Scripturæ familiaris, Psal. 1. de justo: *Erit sicut lignum, quod plantatum est super decursus aquarum.* & Jerem. 31. *Eritque anima eorum quasi horti irriguus.*

Oblevra interim, qualia DEUS bona vitis perfectis promittat; qualia inquit habere solet hortus, qui in pingui solo collocatus est, & cui aqua perpetuis numquam deficit.

Demum iterùm suavitatem ac delectationem, quam mens in hoc statu degustat, illis verbis exponit: *Tunc delectaberis super Domino.* & ultra addit, & sustollam te super altitudines terra. Ubi illud verbum *altitudo* non tam propriè quàm figuratè pro terræ bonitate sumitur, cui tanta inest ubertas, ut manare dicatur lacte & melle: Explicat autem deinde de latè apertè, quænam sit illa terræ bonitas seu altitudo metaphorica, dum subdit: *Et cibabo te hereditate Jacob, nempe Terrâ promissionis, sive summæ jucunditatis & delectationis, quam spiritualiter DEUS animæ sibi unitæ promittit.*

De hac altitudine terræ optimè Gregor. lib. 31. Moral. cap. 34. Hoc namque esse speciale specimen electorum solet, quod sic sciunt præsentis vite iter capere, ut per spei certitudinem noverint jam se ad alia pervenisse: quatenus cuncta quæ præterfluunt, sub se esse videant: atque omne quod in hoc mundo eminet, amore æternitatis calcant. Hoc est enim, quod sequenti se anime per Prophetam Dominus dicit: *Sustollam te super altitudines terra. Quasi quadam namque inferiora terra sunt, damnâ, contumelia, egestas, abjectio, quæ ipsi quoque amatores seculi, dum per latevia planitiem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terra sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor, &*

sublimitas dignitatum; quæ qui per ima adhuc desideria incedit, eo ipso alta estimat, quo magna putat: at si semel cor in celestibus figitur, mox quam abjecta sint cernitur, quæ alta videbantur. Hæc Gregorius.

Constat igitur ex dictis, quæ ratione hæc tam grandia ac tam illustria, quæ à DEO per Isaiam promissa sunt, non ad quemlibet justum, sed ad eos qui præclatis virtutibus præditi sunt, ac qui à terra rerum supernarum intuitione ac amore longissimè distant.

Quarò, Ex libro Cant. expressius quàm aliunde hæc animæ cum DEO sponsaio, conjunctiove, sive amplexus colligitur. Quis enim hunc librum, si attentè perpexerit, totum in DEI & sponsæ ejus animæ divinis numerandis amoribus ac sponstatione immorari non videat? Propterea compositus est ille Canticorum liber scilicet, ut fœderi & mutui amoris exercitium sub typo nuptiarum exprimerentur. Quid enim aliud osculum, quod anxie petit sponsa, quid vinum, quid cella vinaria, quid tubera, unguentum, oleum essulum significat, nisi felicem istam unionem per caltos amores inter sponsum DEUM & animam sponsam? quid præterea innuit illud vulnus, languore ile & liquefactio, quibus sponsa affecta, aliquando liquefieri non ratò in hoc libro introduci videtur? Talis me, inquit, floribus, sicut me malis, quia amore langueo: quia vulnerata charitate ego sum. Demum post tot suspiria & languores, animiq; defectionem, quid sibi vult læva sponsi sub capite sponsæ, & dextera illius amplexans, nisi quod jam fructum gutturi suo suavissimum, quem antea quærebatur, perciperit, ac tota in totum lapsa & collapsa tota, complexu suavissimo, serenissimo, & casto in sponsi sinu composita quiescat?

Quia verò esset prolixum opus, singula quæ ex Canticorum libro proposuimus, Patrum testimonio corroborare; ideo primam tantum sponsæ petitionem exponam. *Osculetur me, inquit, osculo oris sui.* Per quæ verba Gregorius Nyssenus piam animam DEI fruitionem, quæ unione fit charitatis, efflagitare docet. A qua sententia non dissentiant Augustinus lib. de Amicitia, cap. 6. Tom. 4. Sanctus verò Gregorius Papa in cap. 1. Cant. Spiritus sancti præsentiam sive manifestationem, osculo ab sponsa petito denotari asserit: cujus sententia subseribi D. Bernardus, qui Serm. 3. 4. & 9. distinxit triplex osculum; primum pedis, secundum manus, tertium verò oris. *Quod tunc contingit, inquit Bernardus, cum jam consumpto lactu patientia, jam acceptis virtutum donis, mens calidè desiderio inspirata, ad secreta interioris cubiculi gaudia impatiens amoris introduci desiderat, ac proinde congruentissime tertium petens, inquit, Osculetur me osculo oris sui: id est, Vnum quod mihi restat efflagito, ut perfectè per Spiritus sancti infusionem cum meo uniar dilecto.* Vide eandem Bernardum Serm. 8. in Cant. ibi: *Nec enim exiguum aut vile putat osculari ab osculo, quod non est aliud nisi infundit Spiritum sanctum.*

Et intrâ: *Petit osculum, id est, Spiritum sanctum invocat, per quem accipiat simul & scientia gustum, & gratia condimentum: est quippe Spiritus sapientia & intellectus, qui instar apis ceram portantis & mel habet omnino, & unde accendat lumen scientia, & unde infundat saporem gratia. Hæc ille. Quibus apertè verbis anima divino amore vulnerata, non tam gratiam & amicitiam sponsi, quàm ipsius sponsi gratiæ & charitatis auctoris præsentiam & osculum petit.*

Quin.

Quintò, Hujus quoque altissima cum DEO Unionis S. Joannes Evangelista cap. 14. meminit, dicens: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo; & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Quae verba S. Cyrillus lib. 10. cap. 1. de perfecta manifestatione DEI intelligit, quae fit viris qui in sanctitate provecti sunt, quibus DEUS multò magis se manifestat, ac ad cognoscendum se præbet: quod intelligere oportet, ut bene adnotavit Tolerus ibi, non de cognitione speculativa, quae etiam in peccatore potest esse major quam in viro perfecto; sed practica & experimentalis, qua DEUS hic agnoscitur per notitiam unitivam & experientialem, in infra plenius declarabimus.

Sextò, S. Apostolus Paulus non semel in Epistolis hanc eccliam unionem constituitur. Epistola enim 2. ad Corinth. cap. 5. sic scribit: *Sive mente excelsimus, DEO; sive sobrii sumus, vobis: charitas enim Christi urget nos, &c.* In quæ verba Theophylactus. Insanter ait, inquit, itaque Paulus amatoriam quam dāmsania DEVM amans, ac amatoris instar illi vivens, nempe ad amatum extra seipsum raptus, ac totus in DEVM translatus, nec suam ipsius vitam vitens, sed illum quem amabat. Quare S. Augustinus, Beda, & Anselmus, hunc locum accipiunt de ecclia & rapto Pauli. Quid est, inquit Augustinus apud Bedam, *Mente excelsimus DEO, ut illa videamus qua non licet homini loqui?* Idem quoque Augustinus in Plat. 13. *Quid est, Mente excelsivus DEO? Excelsivus omnia ista carnalia, & quod vidimus, esse non possimus. Mente enim tunc gustatur, quod lingua ex animi nequit.*

Septimò, Idem Apostolus 2. ad Corinth. 6. 12. docet. *Scio, inquit, hominem raptum usque ad tertium caelum. Et infra dicit, quòd raptus sit in paradysum, & audivit arcana verba, quae non licet homini loqui.* Et licet hunc locum Pauli multi ex Patribus intelligant de rapto Pauli ad visionem divinæ essentiae, cui sententiae adherent S. Augustinus, S. Thomas, & plures alii; contrariam tamen opinionem quam plurimi etiam ex Patribus probabiliter judicant, inter quo. fuit Hieronymus, Gregorius, Cyrillus, Chrysostomus, ac passim alii tam Patres, quam Scholastici Doctores, quorum meminit Molina 1. p. q. 12. art. 11. disput. 2. Hi omnes in hoc rapto tam ad tertium caelum quam ad paradysum, intelligant Apostolum non tantum intellecta raptum, ac altissima vidisse mysteria, sed & voluntate ineffabilem inde voluptatem hausisse; hanc enim significare docent illam vocem paradysum.

CAPVT VIII.

De missione Spiritus sancti in Apostolorum corda, hac anima cum ipso Spiritu sancto ineffabilis conjunctio confirmatur.

TAM ex missione Spiritus sancti, quam ex ejus mirabili susceptione in die solempni Pentecostes celebrata, hac ineffabilis Spiritus sancti cum anima desponsatio, sive illapsus & manifestatio dilucidè satis convincitur. Refertur enim Act. 2. Spiritus sancti adventus in Apostolorum corda, antea in Evangelio à Christo Domino promissi, illis verbis. *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Quae verba, quia profundiori & exactiori sensu à nobis Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

sunt exponenda, & forsitan planiori & probabiliore, breviter aliqua erunt observanda.

Primum sit, ante hunc adventum Spiritus sancti Apostolos ac discipulos Domini Spiritu sancto non caruisse, ut notant Patres, præcipuè Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 17. Leo Serm. 3. de Pentecoste, S. Thomas, & complures alii: sed in hoc adventu docent, Apostolos eum majori copia & abundantia suscepisse, & novos effectus ejusdem Spiritus sancti majori cum plenitudine degustasse, & ob eam solùm causam Spiritu sancto repletos propriissimè dici fauentur.

In quo verò ista plenitudo Spiritus sancti consistat, non omnes eodem modo exponunt. Richardus de S. Victore in Sermone de Missione Spiritus sancti, acurè distinguit inter Spiritus sancti infusionem, diffusionem, & effusionem. *Infusio, inquit, est, etiamsi minus infuset quam vas capere possit. Diffusio, quando eoque profunditur, donec nulla eius pars vacua relinquatur. Effusio, quando quod infusum est superest, ita ut alius quoque profert.* Subdit præterea, Spiritu sancto vel gratia plenum dicitur, qui talem tantamve accipit, ad qualem quantamve habitudinis suae capacitate idoneus est: sicut vasculum plenum dicitur, quando tantum capit, quantum capere potest; & plenus fons est, plenum flumen, pleni rivuli.

Alii verò Patres, agentes de Spiritu sancto dato in Pentecoste Apostolis, non immeritò intelligunt illa die Spiritum sanctum datum fuisse Apostolis, non solum per donorum sive charismatum communicationem, sed per suam præsentiam, & essentiam, ac substantiam de novo Apostolorum mentibus adventisse. Ita S. Gregorius Nazianzenus Orat. 44. de Pentecoste, postquam dixit Spiritum sanctum datum discipulis, & ante passionem, & post resurrectionem, & tandem in Pentecoste inquit: *Verum obscurius primùm in eis efficax erat; secundò expressius; nunc verò plenus, ut potest, qui non jam actu (id est, effectu) praesens sit ut prius, sed essentia (ut sic loquar) adsit simulque versetur.* Haec Gregorius.

S. Augustinus clariùs & expressius hanc Spiritus sancti praesentiam Serm. 185. de Tempore, constituit. *Ergo Spiritus sanctus, ait, in hac die ad præparanda Apostolorum suorum corda, velut imber sanctificationis illapsus est, non jam visitator subitus, sed perpetuus consolator, & cohabitator aeternus: nam sic ut de semetipso Matth. 28. Apostolus suis dixerat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, ita etiam de Spiritu sancto: Paraclitum, inquit, dabit vobis pater, qui vobiscum sit in aeternum. Adsit ergo in hac die fidelibus suis, non jam per gratiam justificationis, sed per ipsam praesentiam majestatis; atque in vasa non jam odor balsami, sed ipsa substantia sacri defluxit unguenti, &c.*

Didymus lib. 1. de Spiritu sancto, Spiritus sancti Divinitas em ex eo probat, Quia Apostoli aliique viri præclarissimi eo scribantur fuisse impleti. Nemo autem, inquit ille, sive in Scripturis, sive in consuetudine plenus creatura dicitur.

Haec tamen Patrum sententia aliquibus, qui eorum sensum intimè non penetrarunt, nimis dura, imò & falsa visa est, cum tamen sit omnino veritati consona, aliisque aliorum sententiis probabilior & certior. Ea enim fuit mens D. Augustini, Gregorii, aliorumq; Patrum, ut existimarent Spiritus sancti adventum in discipulos factum fuisse, non tantùm per missionem dono: um, sed per ipsius Spiritus sancti infusionem, illapsum,

Bb 3

Legend.
Comit.
noft.
Balthaf.
à S. Ca-
thar. in
lib. Ca-
stelli ani-
ma man-
sion. 5.
cap. 1.
splendore
4. reflex.
2. & noft.
Joseph à
Jesu-
Matia
Tom. 2.
Ascens. a-
nime ad
Deum
lib. 2.
cap. 17.

sive manifestationem, ac per suam praesentiam essentiali in corda discipulorum fuisse dilapsam.

Quae ut clara fiant, scire in primis oportet, DEUM simul cum gratia iustificandi iustorum mentibus supernaturaliter illabi, ac praesentem fieri, ita ut si aliis ratione suae immensitatis non adesset iustorum animabus, ratione gratiae & iustificationis omnino in eas venire diceretur, secundum illud Joan. 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et haec quidem est communis Patrum sententia.

Secundo, Mentem nostram per gratiam iustificanti ipsi DEO (secundum eius essentiam in anima existenti) unione divina, accidentali tamen, copulati, ut plenius *cap. 3. huius primae tractationis* asseruimus. Haec tamen unio per gratiam & charitatem, est habitualis, & quasi in actu primo, ut mox Theologorum loquar.

Tertio, Illud deinde meminisse oportet, quod etiam in superioribus adnotavimus, felicitatem perfectam quam fruuntur Beati in caelis, imò imperfectam sive inchoatam, quae etiam in hac vita suo modo reperitur, non posse in habituali cum DEO unione quantumvis perfecta consistere, sed necessitò in operatione, sive actuali cum DEO conjunctione sitam esse debere: unde quemadmodum beatitudo illa caelestis consistit in illapsu DEI, praesentis antea in animae essentia, in potentias animae, ut communis Theologorum sententia tenet. Non enim excogitari potest novus illapsus, aut manifestatio DEI in gloria illa caelesti, nisi illa, quae sit per istum illapsum, quo DEUS quasi latens in centro animae tam intellectui clarè videndum, quam voluntati fruendum sese offert, juxta illud Pauli: *Non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.* Revelabitur inquam ea, quae intus latebat, per habitationem DEI clarè & manifestè in mentibus iustorum.

Ita eodem ferme modo, ut plenius ex dicendis infra contabim, in Unione ista felicissima animae cum DEO (quamvis non ita perfecta) contingit. Est enim DEUS ipse, ut auctor est supernaturalis gratiae, secundum suam essentiam omnino praesens iustorum mentibus, ac per gratiam habitualem & charitatem, quasi in actu primo unitus & conjunctus, tamen omnino absconditus; nec enim ejus praesentiam experiri aut percipere valeamus, nisi id ex specialia gratia & favore contingat: manifesta tamen se DEUS aliquando mentibus defecatis, ac ab omni labe purgatis, ita ut ejus praesentiam immedia è per unitivi amoris amplexum experimentaliter percipiant & gustent. Haec autem manifestatio praesentiae DEI (ut inferius clarius ostendemus) fit per illapsum DEI in potentias animae, ita ut DEUS per ejus essentiam & substantiam fiat praesens, (haec non ita perspicue ac in gloria) intellectui & voluntati Sanctorum; & haec hujus vitae summa beatitudo & felicitas est.

Ex his non obscure percipies. Spiritus sancti missionem in Apostolos non fuisse tantum plenitudinem & affluentiam spiritualium donorum, sed potius per exhibitionem & illapsum ipsius Spiritus sancti personae in eorum corda; quod exprè è voluit S. Augustinus, dicens: *Adfuit in hac die Spiritus sanctus fidelibus non jam per gratiam visitationis & operationis, sed per ipsam praesentiam majestatis.* Quod amplius declarat illo exemplo

balsami, quo non tam odorem balsami, quam ipsam substantiam unguenti, deflaxisse docet; & S. Gregorius Nazianzenus, *Primo*, inquit, in eis Spiritus sanctus operabatur, sed tamen erat absconditus & obscurus; loquitur de Apostolis ante Christi mortem. *Secundo*, inquit, id est, post Christi resurrectionem, expressius operabatur Spiritus sanctus. Nunc vero, *Act. 1.* in Pentecoste, utpote qui non tantum actu (id est, actu primo & habitualiter) praesens sit, sed essentia eorum mentibus adsit, simulque versetur: hoc est, ut praesens sit per suam essentiam, ac in actu secundo per deosculacionem & dulcissimum amplexum Apostolorum mentibus unitus. Haec est vera S. Augustini & Nazianzeni expositio, cujus mentem cum non esset allecatus Niceta ejus Ince. pres, anxie torqueatur, ut illud verbum *essentia*, quo usus est propriissime S. Gregorius, in tunc ac Catholico sensu exponat.

Fit igitur ex dictis, Spiritus sancti replecionem, (quae in illo solemnissimo Pentecostes festo discipulis feliciter contingebat) esse ipsius Spiritus sancti, sive totius Trinitatis illapsum ac manifestationem in discipulorum corda, quam Apostoli per experimentalem perceptionem ac cum ipso Spiritu sancto unionem feliciter degustarunt. Experti enim sunt ineffabili modo per intimum & arcanum contactum sive amplexum, ipsius Spiritus sancti & totius Trinitatis praesentiam, atque hosque mirabiles effectus, eo modo, quo plenius sequentibus capitibus exponemus.

Hanc nostram sententiam alii quoque gravissimi Patres libenter amplectuntur. Ambrosius *Serm. 1. in Psal. 118. vers. 1.* S. Gregorius in illa verba *Cant. 1.* *Osculetur me osculo ori sui.* & Bernardus in *Cant. Serm. 8.* (ut in superioribus attingimus) docent, per osculum quod petit sponsa, non Spiritus sancti dona, sed ipsum Spiritum sanctum intelligi. Praeterea non desunt Patres, qui per introductionem in cellam vinariam, de qua *Cant. 2.* mentio fit, etiam intelligant exhibitionem & susceptionem Spiritus sancti, quae praesentim in die Pentecostes facta est.

Confirmari praeterea potest haec nostra de Spiritus sancti missione sententia ex alio loco *Joan. 14.* cujus expositio multorum totis ingenia, ut invenire possent tam sensum, quam illius loci contextum, quem nos proprio Spiritu sancto adprovos esse speramus. Verba igitur Joannis illa sunt: *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Haec tenus D. Joannes.

Horum verborum, quae nimis obscura visa sunt Interpretibus, sensum ut exponamus, observandum est id quod communiter omnes hujus loci Expositores advertunt, scilicet, quòd cum mentio fit de adventu Spiritus sancti, ut illis verbis, *Et alium Paracletum dabit vobis* vel de Filio, ut illis, *Et manifestabo ei meipsum*; non esse ita intelligendum, ut adventus Spiritus sancti, totius Trinitatis, scilicet Patris & Filii, excludat confortium, quemadmodum nec Spiritus sancti adven-

Confatend. nost. Dom. minic. à SS. Trin. 7. Bibliotheca sua Theolog. lib. 7. fol. 6. cap. 5. qui ex fac. litteris ac SS. Patribus hinc sententiam probat ac confirmat. p. o. e. d. m. quoque adducit S. M. TER. ES. S. I. A. M. cap. 1. Manifestum. 7. & lo. practi. p. Balth. Exp. in cap. 1. Manifestum. 5. splend. 4. & ab eod. v. laudati. Anthon. res.

Theologia

Operi Spiritus Sancti

tus excluditur, cum dicitur Joan. 14. *Pater meus diligit eum, & ad eum veniens, &c.* Opera enim Trinitatis ad extra, sunt indivisa. Quidquid enim de una persona praedicatur & dicitur, aequè omnibus convenire dignoscitur. Praeterea illud observa, hanc tam illustrem promissionem, & quae tam praecleara continet, non omnibus, sed tantum Apostolis sive discipulis factam fuisse, ut constat aperte ex illis verbis, *Alium Paracletum dabit vobis. & iterum ex illis verbis: Vos autem cognoscetis eum: Apud vos manebit. &c. Non relinquam vos orphanos. Deinde expressè ex illis, Et vos in me, & ego in vobis. Quare non absere unus discipulorum perit à Domino, Quid factum est, quia manifestaturus es nobis ipsum, & non mundo.*

In hoc igitur loco Christus Dominus aperte incipit tractare de Spiritus sancti adventu in corda discipulorum, quem discipulis mandata servandis promittit. Et cum mandata non possint servari nisi in Spiritu sancto, perspicuum est, discipulos ante adventum Spiritus sancti habuisse jam Spiritum sanctum, ut rectè ad veritè Augustinus tract. 74. in Joan. Quare haec promissio facta à Christo Domino, intelligenda est de plenitudine Spiritus sancti: quae plenitudo (ut superius adnotavimus) non tam in Spiritus sancti donis, quam in persona ipsius infusione ac manifestatione in discipulorum cordibus intelligenda est. Deinde sequentibus verbis, *ut maneat vobiscum, &c.* Spiritum sanctum non solum promittit venturum, sed & cum ipsis Apostolis in aeternum permansturum, quod & verè impletum est in Apostolis: nam à gratia illa, quam adveniente Spiritu sancto acceperunt, numquam exciderunt, nec in aeternum excident.

Addit praeterea, *Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.* Quali significet, Spiritum sanctum non esse futurum communem omnibus: mundus enim, (id est peccatores) non potest eum accipere, quia non videt, nec scit eum. Primò, quia non habet purum & mundum cor, ut Apostoli habuerunt: mundi enim corde hi sunt, qui accipiunt Spiritum sanctum; & idè addit: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.* Cognoscens, inquam, cognitione experimentalì, per quam DEUS sive Spiritus sanctus eorum mentibus infundendus, quasi per tactum & vitalem amplexum, sive unionem realem ab Apostolorum spiritibus era dignoscendus, quod ut expressius denotaret, addit: *Quia apud vos manebit habituali & permanenti unione, quemadmodum apud ceteros iustos, sed & in vobis erit, ita ut per actualem cum eo unionem, ejus Deitatem degustaturi sitis praesentiam.*

Nec solum Christus Spiritus sancti praesentiam sive adventum, sed & suam quoque liberalissimè promittit, dicens: *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Quem adventum Christi S. Cyillus lib. 9. cap. 4. in Joan. asserit esse spiritualem, & esse intelligendum de Christo secundum ejus Divinitatem, quando unà cum Spiritu sancto & Patre venturus erat in Apostolorum corda.*

Hujus igitur adventus tam Spiritus sancti, quam Filii & Patris, jam exponit praecipuos effectus. In illo die, inquit, *vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* Quibus verbis aperte promittit Apostolis altissimam & perfectissimam Trinitatis cognitionem, & deinde acutissimam unionem, qua ipsi DEO, & DEUS ipsi Spiritus S. adventu forent feliciter copulandi.

Sed ut genuinam etiam horum verborum interpretationem, quae valde obscura Patribus visa sunt, aperiamus; scire oportet, in his non de statu gloriae, sed de praesenti hujus vitae tempore (ut placuit Chryostomo & Euhymio, quos refert & sequitur Tolerus in Joan. Annot. 23.) fieri mentionem, qui etiam merito sentit hic loqui Christum de perfectissima & sublimi cognitione, quam Apostoli erant habituri post adventum Spiritus sancti de Trinitatis mysterio, qualiter inquam Filius sit in Patre, & econtra; & qualiter Filius & tota Trinitas sit in eis, & ipsi in Trinitate, non secundum unionem substantialem, sed secundum unionem hanc amoris intimam & arcanam, qua ipsum DEUM sensu interiori & quasi tactu spirituali percipiunt: erant Apostoli, alludens ad illud, quod Joan. c. 14. dixerat: *Rogo, Pater, ut unum sint, scilicet mecum per hujus amoris unionis vinculum & amplexum, sicut ego & tu unum sumus, in substantia & essentia.*

Praeterea, iterum atque iterum (aliis tamen verbis) eandem promissionem confirmat, dicens: *Qui habet mandata mea, &c. usque, manifestabo ei meipsum.* Antea promiserat Spiritum Paracletum mandata servandis, nulla facta sui ipsius mentione; nunc jam eisdem sui ipsius adventum promittit, non quia Spiritum sanctum aut Patrem excludat. Promittit verò non quomodocumque, sed manifestum adventum: *Et manifestabo, inquit, me illi:* quia illa die cum venerit Spiritus sanctus, tam ipse quam Pater & Filius manifestabuntur per eorum perceptionem experientialem in cordibus discipulorum futuram. Haec sunt quae D. Joannis menti magis consona videntur, & quae apertius Spiritus sancti missionem declarant, clariora autem sunt, si quae sequuntur in textu attentius considerentur.

CAPVT IX.

Patrum quamplurima de Unione supernaturali & fructiva anima cum DEO testimonia.

Hujus divinae unionis inter Patres primus assertor fuit magnus ille Theologus S. Dionysius Areopagita, qui à D. Paulo edoctus, eam posteriori aeo scriptam secretissimo stylo reliquit: de qua multi etiam antiqui Patres scriptis suis scriptis tradiderunt; nullus tamen ex illis ad doctrinam methodum captui nostro attemperatam digessit. Omnes tamen licet raptim, Mysticam hanc & fructivam cum DEO conjunctionem, quae fructuosis aeternae imaginem gerit, insinuarunt, ut ex sequenti serie plenius constabit.

S. DIONYSIUS AREOPAGITA

In lib. praesertim de Mystica Theologia, in libris de Divinis nominibus, & in Epistolis, possimum in his quas Timotheo discipulo exaravit, ubi post traditam dispositionem ad mysticam Theologiam, quae in abnegatione omnis cognitionis particulae & affirmativae circa DEUM, & in separatione affectus ab omnibus rebus extra DEUM consistit, ita inquit: *Et si sit possibile, ignoret conserge ad ejus unionem, qui est super omnem substantiam & cognitionem: etenim excessus cuiusvis ab omni irremediabili & absoluto mundo, ad super substantialem*

divinam tenebrarum radium sursum ageris. Et de Divinis nominibus cap. 7. ait: Est iterum divinisima cognitio DEI, in qua ipse cognoscitur per ignorantiam, quando scilicet mens ab omnibus intellectualibus & intelligibilibus recedens, & tandem seipsam excedens, unitur radiis aeternae Sapientiae inscruabitibus profunditatis. E: in Mystica Theologia cap. 1. Adhuc restat principalior DEI cognitio, quam mens intrat in caliginem ignorantiae, & unitur incomprehensibilitati divinae, quam non penetrat intelligentia, quae verè est omnium clarissima; & in se claudit & secretissime celat omnes cogitationes comprehensivas, tanquam in causa prima omnium, & per eam omnis unitus DEO (qui est supra omnia) constituitur in excellentia quadam, quam neque ratio investigat, nec intellectus speculatur, & ab omnibus, & quasi à seipso segregatur, & per unionem dilectionis, quae effectiva est vera cognitio, unitur DEO intellectualiter ignoto cognitione multò meliori, quam sit cognitio intellectualis, in eo quod intellectualem cognitionem derelinquit, & super intellectum & mentem DEVM cognoscit. Haec tenus Dionysius, cujus mentem laudatissimè Expositores multi, tam pristini quam recentiores, aperitissimè de hac Theologia ecclèstica & fictiva, de qua loquimur, exposuere.

S. AMBROSIUS

Libro de Isaac & anima cap. 3. non obscure hanc arcanam & immediatam animae cum Spiritu sancto unionem docet, dicens: Petit sponsi osculum, per quod sibi transfunditur Spiritus osculantis: sicut etiam hi qui se osculantur, non sunt labiorum praeibatione contenti, sed Spiritum suum sibi invicem videntur infundere.

Idem non obscure in Psal. 118. Serm. 6. Anima iusta sponsa est Verbi, haec si desideret si cupiat si oret, & oret assidue, & oret sine ulla disceptatione, & tota intendat in Verbum, subito vocem sibi videtur, & audit quem non videt, & intimo sensu odorem Divinitatis eius agnoscit, quod patiuntur plerumque qui bene credunt. Repletur subito nares anima spirituali gratia, & sentit sibi praesentia eius statum aspirare quem quaerit, & dicit: Ecce iste est quem requiro, ipse quem desidero.

S. BASILIUS

In Regulis suis in disputatis Interrogatione 2. Ea, inquit, Domini pulchritudo si quando sanctorum virorum quendam circumfudit, intolerabilem eorum in animis desiderii aculeum reliquit; quippe qui cum vehementer eos vita huius taderet, in voces illas erumpere soliti essent: Heu mihi, quia molatus meus prolongatus est! Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Dissolvi & esse cum Christo, longè melius est. &: Sic vivit anima mea ad DEVM sortem virum. &: Nunc dimittis servam tuam Domine. Vehementer enim vitam hanc veluti tetrum quemdam carcerem abhorrebant, usque adeò difficiles ad cobibendum animos erant ii, quorum mentes DEI amor perstringeret. Cum enim inexplebili intuenda divina pulchritudinis cupiditate flagrarent, illud exoptabant, ut aquata infinito sempiterna vita curriculo sibi iucunditatis Domini contemplanda facultas praeberetur.

S. GREGORIUS NAZIANZENSIS

Pulchris similitudinibus hanc, de qua loquimur,

divinam unionem Orat. 21. explicat in hunc modum. Quomodo stilla aquae modicè multo infusa vino desicere à se tota videtur, dum & saporem vini induit & colorem; & quomodo ferrum ignitum & candens igni simillimum sit, pristina propriaque forma exutum; & quomodo solis luce peresus aer in eandem transformatur luminis claritatem, adeò ut non tam illuminatus, quam ipsum lumen esse videatur: sic omnem tunc (id est eo tempore quo anima DEO est intinè unita) in sancti humanam affectionem quodam ineffabili modo nec esse erit à seipsa liquefcere, atque in DEI penitus transfundit voluntatem.

S. AUGUSTINUS

Non tantùm docuit, sed & expertus est hanc mysticam & ineffabilem animae cum DEO suo conglutinationem; nam ipse in primis lib. 10. Confess. cap. 4. Aliquando introducit me in affectum nimis inusitatum interioris ad nescio quam dulcedinem, quae si perficiatur in me, ignoro quid futurum sit; certe vivere absque illa non licebit, sed incido in haec ærumnosa ponderibus, & reforesco solus affectibus, & teneor, sicut mædo, hic esse valeo, nec volo; illic volo, nec valeo.

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS

Libro 10. in Ioan. cap. 3. non longè distat ab hac sententia, dum Perfectos adhuc in hac vita docet ocalis animae DEVM in seipsis conspiciere his verbis: Cum non rectè à discipulo verba sua intellexit Christus videret, repetit rursum quod dixit, dilucideque docet, non solum cognitione ista communem amicus se suis manifestaturum, sed excellentiori quodam fulgoris modo. Nam rudes ab improborum cultu ad cognitionem DEI vocati, solummodò per fidem desunt, quod unus DEVS, qui nos creavit, colendus est: qui vero omni virtute mentem suam purgando apti iam ad majora facti sunt, Spiritus illuminatione recepta, oculis animi habitantem in se DEVM videbunt.

S. MACARIUS

Frequenter huius arcani cum DEO nexus meminit, in primis Homil. 4. Permiscetur & apprehendit sanctas animas sibi pergratas atque fideles, sitque spiritus unus cum illis, ut Paulus eloquitur, atque ut ita dicam, anima evadit in animam, & substantia in substantiam; quòd possit anima in nova vita vivere, vitamque immobilem sentire, & particeps fieri aeternae gloriae: illa nempe anima, quae DEO digna est. & illi perplacet. Nam si DEUS ex his quae non erant, condidit creaturam hanc visibilem, fecitque ut esset multiplex & varia, quae priusquam fieret, non erat; voluit etiam, & perfacile creavit ex his, quae non erant, substantias crassas atque duras, veluti terras, montes, arbores (vides quænam sit durities naturæ) & rursus medias aquas, & ex illis volatilia produci mandavit: & demò subtiliora, veluti ignem, & ventos, & reliqua, quae propter sui tenuitatem oculo corporeo videri non possunt.

Quo pacto ars infinita & inenarrabilis multiformis sapientiae DEI creavit ex his quae non erant tam illa quae crassiora sunt, quam subtiliora & simpliciora corpora quae subsistere fecit voluntate sua. Quantò magis ipse, qui est ut liber, benignitate indicibili & bonitate incomprehensa ductus, se transmutat & demittit, atque similem anima-

minum dilectionem ita se gerit apud se, ac si nihil ad-
huc obtineret: scilicet quotidie esuriens ac sitibunda, per
fidem & charitatem perseverans in oratione, immo-
dicè ad mysteria gratiæ, & ad omnium virtutum gra-
dus aspirat, celestis Spiritus amore vulnerata, ardenti
desiderio erga sponsum celestem (per gratiam, qua
prædita est) agitata, desiderans habere perfecte mysti-
cam & æternam cum eo societatem in sanctificatione
spiritus, revelata anima facie, fixis semper oculis in-
tuens sponsum celestem facie ad faciem, beneficio spi-
ritualis & ineffabilis luminis in eo per dulcedinem fidei
plene demersa, configurata morti ipsius præ summo
desiderio, quo perpetuò sperat pro Christo mortem op-
petere, confidens sine dubio per gratiam Spiritus se ple-
nè liberatam iri à peccato & tenebris affectionum, ut
purificata per Spiritum, & anima & corpore sanctifi-
cata, vas purum evadere mereatur ad suscipiendam
celestem unctionem, in quo manere dignetur celestis
ac verus Rex Christus.

S. DIADOCCHUS EPISCOPUS PHOTICENSIS

Non raro de hac felicis sermonem instituit Unio-
ne, is enim cap. 2. de Perfecto. sic inquit, dum eum,
qui aptus est ad loquendum de divinis rebus, de-
scribit: Nec oportet non illuminatum intendere men-
tem spiritualibus contemplationibus, neque copioso
lumine benignitate Spiritus sancti repletum statim
ad loquendum accedere: ubi enim est inopia, ea affert
ignorantiam; ubi copia, non sinit loqui. Tunc enim ani-
ma charitate DEI velut ebria, expetit per silentium
contemplatione glorie Domini perfui. Quamobrem
opus est, observata mediocritate illuminationis, ad lo-
quendum de divinis rebus devenire: hac enim mensu-
ra formam quandam gloriosi sermonis præbet, copiosa
verò illuminatio fidem nutrit loquentis in fide, ut qui
docet, primus fructum scientie gustet per charitatem.
Et ad idem Diadochus cap. 91. Narravit mihi, ait,
quidam ex iis, qui voluntate quadam insatiabili Do-
minum diligunt, quemadmodum cum teneretur desi-
derio charitatem DEI planè & perspicuè cognosce-
ndi, hoc illi summè bonus in multo sensu & plenitudine
largitus esset, sequè eatenus ejusmodi operationem sen-
sisse aiebatur, ut anima cum inexplicabili tunc laritia &
charitate desideraret ex corpore excedere, & ad Do-
minum proficisci, ac genus vitæ hujus caduca veluti
ignorare.

JOANNES CASSIANUS

Collat. 9. cap. 14. ita scriptum: Mente purissima retra-
ctantes, ad illam ignitam, & qua ore hominum nec
comprehendi nec exprimi potest, orationem ferventis-
simo corde raptantur, nonnumquam tamen mens, qua
in illum verum puritatis proficit affectum, atque in eo
jam cœperit radicari, solet hac anima simul pariter
que concipiens, atque in modum cujusdam incompre-
hensibilis ac rapacissima flame cuncta pervolitans,
ineffabile ad DEVM preces purissimi vigoris effunde-
re, quas ipse Spiritus interpellans gemitibus inenarrabi-
libus, ignorantibus nobis, emittit ad DEVM: tanta
scilicet in illius hora momento concipiens, & ineffabi-
liter supplicatione perfundens, quanta non dicam ore
percurrere, sed ne ipsa quidem mente valeat alio tem-
pore recordari. Et infra cap. 26. Nonnumquam verò
tanto silentio mens intra secretum profunda ac tur-
nitatis absconditur, ut omnem penitus sonum vocis
stupor subita illuminationis includat, omnesque sensus
attonitos spiritus ut contineat intrinsecus, ut emittat,

ac desideria sua gemitibus inenarrabilibus effundat
ad DEVM.

S. GREGORIUS PAPA

Luculenter verò D. Gregorius tam in Cantica,
quàm in aliis locis hanc DEI cum anima conjon-
ctionem declaravit; in Cant. cap. 1. ita scriptum: Ergo
sponsa desiderio estuans, & in amplexum sponsi sui
inardescens: Osculetur me osculo oris sui. Ac si dice-
ret: Ille quem super omnia, imò solum diligo, veniat, terum o-
qui dulcedine sue inspirationis me tangat: quia cum
ejus osculum sentio, subita mutatione me derelinquo, & oleo
& in ejus similitudinem illud liquefacta transformor.
Falsit quippe sancta mens omnia qua per corpus appeti-
sentit, & in illa spiritalia tota transmutari concupi-
scit: & dum ista obstreperunt, in illa fugit, sequè abscon-
dere, ne hac sentiat, appetit. Ideoque osculum sponsi
querit: quia si ille gratissimi amoris vinculo hanc non
trahit, hac vi sue molestissima gravèdini detenta,
quomodo se ad illum conserat, omnino non invenit.
Sed pius sponsus anxietatem ejus sentiens, amorem di-
ligens, votum exaudiens, osculum porrigit; & ne desi-
derio lassescat, gustu sua suavitate lenit; & dum
sua præsentiam exhibet, eam ad majus dilectionis
osculum accendit: unde hac illum sentiens, ad eum se
convertit; & quem præsentem habet, mox gaudens
voce murata alloquitur, & dicit: Quia meliora sunt
uber a tua vino, fragrantia inuentus optimo.

Idem cap. 2. in illa verba, Introduxit me Rex in
cellam vinariam, ita inquit: Quid enim per cellam
vinariam congruentius, quàm ipsam æternam æterni-
tatis contemplationem accipimus? In hac æternitate
Angeli sancti vino sapientia inebriantur, dum ipsi
DEVM facie ad faciem videntes, omni voluptate spi-
rituali satiantur. Hanc sancta mens, si à sponso intro-
ducatur, postpositis omnibus temporalibus intrat, in
qua ex illis Angelis delictis, quantum sibi concedi-
tur, gustat. Et si adhuc, quia in corpore corruptibili de-
tinetur, se perfecte non satiat; tamen ex illo minimo,
quod cursim sumit, considerat quantum debeat amare
quod amat.

Idem lib. 24. Moral. cap. 6. Prius à menti acie,
exurente tristitia interposita, malorum caligo deter-
gitur, & tunc respiciente raptim coruscatione in-
circumscripti luminis illustratur, quo utcumque conspici-
tu in gaudio cuiusdam serenitatis absorbetur, &
quasi post defectum vitæ præsentis ultra se raptâ, in
quadam novitate aliquo modo recreatur. Ibi mens ex
immense fonte, infusione superni roris aspergitur: ibi
non se sufficere ad id quod raptâ est, contemplatur; &
veritatem sentiendo videt, quia quanta est ipsa veri-
tas, non videt. Cui veritati tanto magis se longe existi-
mat, quanto magis appropinquat; quia nisi illam ut-
cumque conspiceret, nequaquam eam conspici se
non posse sentiret. Adhuc ergo animi, dum in illam
intenditur, immensitas ejus coruscante circumstan-
tia reverberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta
circumstat: & idcirco mens nostra nequaquam se ad
comprehendendam incircumscriptam circumstan-
tiam dilatat, quia eam inopia sua circumscriptionis
angustat: unde & ad semetipsam citius labitur, &
prospectus quasi quibusdam veritatis vestigiis, ad sua
ima revocatur. Hac ipsa tamen per contemplationem
facta, non solida & permanens visio, sed ut ita dixe-
rim, quasi quadam visionis imitatione, DEI facies dicitur.

D. BERNARDUS

Plurimis in locis apertius & clarius aliis de hac in stabili DEI cum spiritu nostro congruinatione, juxta sublimitem, quam ipse habebat experientiam, loquitur. *Serm. 3. in Cantic. Petri, inquit, osculum id est, spiritum s. invocatur, per quem accipit, ac per quem accipit simul & scientia gustum, & gratia cōdimentum.* Et paulo post inquit; Sufficit, inquit, sponsa, si osculetur osculo sponsi, etiamsi non osculetur ab ore, nec enim exiguum quid aut vile putat, osculari ab osculo, quod non est aliud nisi infundit à spiritu sancto, nempe si recte Pater osculans, si Filius osculatus accipitur, non erit ab te spiritum sanctum osculum intelligere. Et infra: De ipso igitur audit sponsa, ipsamque infundit sibi fidenter sub osculi nomine petit. Et infra: Revelat ergo Filius seipsum cui vult, revelet & Patrem, revelet autem sine dubio per osculum, hoc est per spiritum sanctum.

Adem Bernardus d. 9. Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Hoc unum quod mihi reliquum est efflagito, ut perfecte per spiritum sancti infusionem cum meo uniar dilecto.

Et plenius in Epistola ad Fratres de Monte Dei, prope finem, sic ait: Super hanc autem alia est adhuc similitudo DEI. Hac est de qua jam aliquanta dicta sunt in tantum proprie propria, ut non jam similitudo, sed unitas spiritus nominetur, cum sit homo cum DEO unus spiritus, non tantum unitate volendi idem, sed expressiore quadam unitate virtutis (sicut jam dictum est) aliud velle non valendi. Dicitur autem hoc unitas spiritus non tantum quia efficit eam, vel afficit ei spiritum hominis spiritus sanctus; sed quia ipsa, ipse est spiritus sanctus, DEVS charitas, cum per eum, qui est amor Patris & Filii, & unitas, & suavitatis, & bonum, & osculum, & complexus, & quidquid commune potest esse, amorum in summa illa unitate veritatis, & veritate unitatis: hoc idem homini suo modo fit ad DEVM, quod cum substantiali unitate Filius est ad Patrem, vel Patri ad Filium: cum in complexu & osculo Patris & Filii mediam quodammodo se invenit beata conscientia, cum modo ineffabili incoegitabilique fieri meretur homo DEI, non DEVS, sed tamen quod DEVS est ex natura, homo ex gratia.

Et infra sic inquit: Quidquid tamen de visione & cognitione DEI hic Fidelibus impartitur, speculum est & enigma, tantum distans à futura visione & cognitione, quantum à veritate distat fides, vel tempus ab eternitate, nisi cum aliquando sit, quod de eo in libro Job legitur: Qui abscondit lucem in manibus, & precipit ei ut rursum oratur, & annuntiat de ea dilecto suo, quod possessio ejus sit, & ad eam possit pervenire. Elucto enim & ducto DEI aliquando vicissim lumen quoddam virtus DEI ostenditur, sicut lumen clausum in manibus patet, & latet ad arbitrium tenentis, ut per hoc, quod quasi in transcurru vel in puncto permittitur videre, inardescat animus ad plenam possessionem luminis aeterni, & hereditatem plenae visionis DEI: cui ut innotescat aliquatenus id quod ei deest, nonnunquam quasi penetrans gratia perstringit sensum amantis, & eripit ipsum sibi, & rapit in diem, qui est à tumultu rerum, ad gaudia silentia; & pro modulo suo ad momentum, ad punctum ad ipsum ostendens ei videndum sicuti est, interit etiam & ipsum efficit in id ipsum, ut sit suo modo sicut illud est. Vbi cum didicerit quid intersit inter mundum & mundum, reddatur sibi, & remittitur ad mundandum cor ad visionem, ad aptandum animum ad similitudinem, ut si aliquando rursum admittatur, sit prior adhuc ad videndum, & stabilior ad fruendum.

Rursum inferius hanc DEI manifestationem confirmat, dicens: Sipientia enim per as est, hoc est, cultus DEI, amor quo eum videre desideramus, & videntes in speculo & in enigmate, credimus, et speramus, et in hoc proficimus, ut eum videamus in manifestatione.

Demum in fine totius Epistolae concludit, dicens: Hoc ergo ineffabile (etiam non nisi ineffabiliter videatur) qui vult videre, cor mundet, quia nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie vigilanti, nulla rationis imagine, nisi mundo corde humiliter amantis videri potest vel apprehendi. Hac est enim facies Domini, quam nemo potest videre, & vivere mundo. Hac est species, cui contemplanda suspirat omnis qui affectat diligere Dominum DEVM suum in toto corde suo, in tota anima sua, in omnimode sua, & in omnibus viribus suis. Ad quod etiam non desinit excitare proximum suum, si diligit eum sicut seipsum. Ad quod cum aliquando admittitur, in ipso lumine veritatis indubitanter videt praevalentem gratiam.

Cordis munditia ad hunc animae statum requiritur.

S. THOMAS

Opusculo 60, grad. 7. & 8. amoris. Postremo, cum senseris iacta, qui cognoscit de proximo, & in conjunctione maxima, labia illa JESU, labia distillantia myrrham primam, ut non myrrham, sed mellis stillam primam, polluta olim animae tuae labia non abominari, sed mirabiliter ipsis imprimi, ineffabiliter osculari, quasi oblita inunctionis, Exploratores estis; oblita comminationis, per salutem Pharaonis, non exhibitu, deinde & quasi oblita iustionis, non judicem ut magnum praetendere metuendum, sed sponsum amantem tenerrime & teneri et reamandum: Post qua, inquit, ausi sunt loqui ad eum; sic audet illa quando loquitur, Osculetur me osculo oris sui.

Et infra: In praecedentibus ergo gradibus anima amat, & amatur; quaerit, & quaeritur; vocat, & vocatur: in hoc autem gradu quodam miro & indicibili modo rapit, & rapitur; tenet, & tenetur; stringit, & stringitur; & una uni per amoris copulam lociatur. Dionysius: Amor est copula amantis cum amato. Et post pauca: Nec alia copula haec, sed omnem artem & facultatem transcendens, copulat animam DEO, creaturam Creatori, finitum infinito, semper congrue, semper verè, semper benè: hoc igitur est adstringere.

Quid sit amor.

Idem Angelicus Doctor 2. 2. quaest. 175. art. 2. ubi apertè explicat naturam eccltalis ab amore in voluntate causatam, qui amor verè esse ille unitivus & fructivus, de quo loquimur.

S. BONAVENTURA

Serm. 2. de Lumin. Eccles. Cum verò mens in illa unitione commenda a fuerit DEO, dormit quidem uno modo, & alio modo vigilat. Ego dormio, & cor meum vigilat. Sola affectiva tunc vigilat, & silentium omnibus aliis potentis imponit, & tunc homo alienatus à sensibus, & in eccltali positus, & audit verbum quod non licet homini loqui, quia tantum est in affectu. Vide rationem. Exprimi non potest nisi quae concipitur, concipi non potest nisi quae intelligitur, igitur quae supra intellectum est, exprimi non potest.

Idem latius lib. de Trin. aetern. Itiner. 5. distinct. 5. Ex his igitur, inquit, patet planè; quod actus dilectionis excellit & praecedit actum cognitionis intellectuales in aliquo gradu. In quantum autem eum excellit,

D. BER.

in tantum eum excedit attingendo DEVM in aliquo gradu dilectionis, ad quem actus intellectualis extendi non potest, quia superintellectualis est, saltem in hac vita, quia in patria videbimus DEVM sicuti est, ut dicit Iohannes. Nec obstat quod dicit Augustinus, Incognita non possunt amari; quia est notitia aliqua non intellectualis, sed affectualis seu experimentalis, ut statim patebit.

I. Ioh. 3.

Dilectio inquit, ubi scientia foris stat.

Cum praedictis concordat Hugo Commentator Dionysii, dicens sic: intelligas quantum est vis veri amoris & dilectionis, si tamen intelligi potest quantum dilectio supereminet scientiam, & maior est intelligentia; plus enim diligitur, quam intelligitur. Intra dilectio & appropinquat, ubi scientia foris stat; & reddit rationem. Quia amor, inquit, praesumens & confidens amato, suo acumine penetrat omnia, impetum sequens ardentis desiderii sui, nec dissimulari valens, donec ad amatum perveniat, & eo ipso amplius adhuc sitiens, intrat e ipsum, & esse cum ipso, & esse tam prope, ut si fieri possit, hoc idem ipsum sit quod ipse. Ecce expressè dicit, quod verus amor DEI unit DEO immediatius quam intellectio, & quod intellectus non capit. Sic ergo rationalis notitia affectualis est superior intellectuali.

Exod. 3.

Et ioh. 3: Haec revelatio superintellectualis aeternam fuit facta Moysi in interioribus deserti constituto, quarenti à Domino, quod sibi nomen esset. Respondit Dominus in subjecta creatura, dicens: Ego sum qui sum ut dicit Vercellensis. Ego sum esse in se reflexum, vel entitas, quale nomen non concipitur, nisi ab apice principalis affectionis, quae aeternitati unitur, quasi dicit: Me nemo potest cognoscere nisi per me ipsum, unde nomen quod queris, est mirabile, quod nemo scit, nisi qui accipit. Nisi scilicet, qui acceperit per revelationem, vel experientiam (ut Augustinus ait) vel sicut dicit Aymo, qui ad hoc praedestinatus est, ut experimento cognoscat. Ex quo patet, quod revelatio hac non fit nisi mentibus Seraphicis, in interioribus deserti existentibus, id est, in caligine occulti silentii, in qua revelatè & verè apparet DEVS superintellectualiter, ut dicit Lincolniensis. Haecenus D. Bonaventura.

Oportet tamen advertere, D. Bonaventuram praefatis verbis non asserere, dari actum voluntatis sine praevia cognitione (ut falsò aliqui Theologi illi imponunt) sed voluntatem in hac vita magis posse amare, quam intellectum intelligere, ut etiam D. Thomas aperte fateatur, ut constat manifestè ex verbis allatis, si a tenè legantur.

HUGO DE S. VICTORE

In divinis plus diligitur, quam intelligitur.

Super Dionys. cap. 7. de Angelica Hierarch. Hic intelligas, aut, quantum est vis amoris veri & dilectionis (si tamen intelligi potest) quoniam dilectio supereminet scientiam, & maior est intelligentia; plus enim diligitur quam intelligitur. Intra dilectio, & appropinquat, ubi scientia foris stat. Et reddit rationem illius; Quia verus amor sive charitas nullum patitur medium inter se, & objectum, quod DEVS, sed vehementer tendit in ipsum immediate, & ideo namquam quiescit, donec omnia transeat, & ad ipsum dilectum, & in ipsum veniat. Unde subdit ibidem: Dilectio sive amor impetum sequens ardentis desiderii sui, nec dissimulare valens, donec ad amatum pervenerit, amatum appropinquat quantum potest, & eo amplius sitiens intrare ipsum, cupit esse cum ipso, & esse tam prope, ut si fieri posset, hoc idem ipsum sit quod ipse. Nihil enim velocius, nihil acutius, nihil subtilius amore, aut penetrabilius: quia natura sua non quiescit, donec naturaliter amabilis totam pene-

Nihil velocius, acutius, subtilius,

traverit virtutem, & profunditatem, & totalitatem quantum potest.

penetrabilis amore,

Idem lib. 2. de Anima cap. 20. Cum enim, ait, ceperit mens per puram intelligentiam semetipsam excedere, & illam incorporeae lucis claritatem tota intrare, & in his quae intrinsicè videt, quendam innumèr suavitatis saporem trahere, & ex eo intelligentiam suam condire, & in sapientiam vertere in tantum in hoc mentis excessu pax illa, quae exuperat omnem sensum, invenitur atque obinetur, ut fiat silentium in caelo quasi hora dimidia, ita ut contemplantis animus nulla alteratione cogitationum tumultuatione turbetur: nihil inveniens quod vel per desiderium petat, vel per fastidium atqueat, vel per odium accuset, sed iacta contemplationis tranquillitatem totus colligitur, immittitur in quendam affectum multum inusitatum introrsus, ad nescio quam dulcedinem, quae si semper sic fietur, profectò magna felicitas esset. Nihil sensualitatis, nihil agit imaginatio, sed omnis inferior vis animae proprio interim vidua ut officio: prior autem animae pars in illud innumèr quietis secretum, & summam tranquillitatis arcantum felici quietudine introducit. Unus quidem sermo est DEI, & efficitur, & penetrabilior omni gladio accipitur, & pertingens usque ad divisionem animae & spiritus. Et ideo nihil in creaturis hac divisione mirabilis cernitur, ubi id quod essentialiter unum est atque indivisum, in seipsum scinditur; & quod simplex in se & sine partibus constat, quasi quadam partitione dividitur. Neque enim in homine uno alia essentia est ejus spiritus, alia est ejus anima, sed proles una eademque simpliciter naturae substantia. Non enim in hoc gemino vocabulo gemina substantia intelligitur, sed eundem ad distinctionem ponitur, gemina vis ejusdem essentiae, una superior per spiritum, altera inferior per animam, designatur. In hac itaque divisione anima, & quod animale est, in imo remanet; spiritus autem, & quod spirituale est, ad summam evolat. Ab infimis dividitur, ut ad summam sublevetur. Ab anima scinditur, ut Domino uniat. Quoniam qui adhæret DEO, unus spiritus est cum illo. Felix divisio, & mirabilis separatio, ubi quod corpus unum & feculentum est, deorsum remanet; quod spirituale & subtile est, usque ad speculationem divinæ gloriæ sublevaratur, & in eandem imaginem transformatur. Pars inferior componitur ad summam pacem & tranquillitatem, pars autem superior ad gloriam & quietudinem. Haecenus ille.

Hebr. 9.

RICHARDUS DE S. VICTORE

Sæpè tam in libris de Contemplatione, quam in Cantico, variisque aliis in locis fruitiva Unionis facit mentionem. In Psal. 4. cap. 4. in illa verba, In pace in idipsum dormiam & requiescam. Pax illa, per quam, & in qua anima obdormit, per quam exteriorum omnium interit memotiam amittit, per quam ipsa sibi in oblivionem venit, in qua seipsum supergressa tota in DEUM transit. Pax inquam illa, quid aliud esse videtur, quam internum illud bonum, & plenum gaudium, quodam (ut sic dicam) superfluentia spiritualium deliciarum, mirabiliter & ineffabilis quadam satietas celestium desideriorum. Pacem sanè tunc tantum veram plenam obinere videtur, quando omne ejus desiderium internè illius dulcedinis superabundantia penitus absorbetur.

quoniam sit illa, in qua anima cum Domino dormit, capiat.

Dr

Et in s. Nam (uti jam dictum est) contemplationem admirationis, admirationem vero sequitur exultatio. In hac autem exultatione perfunditur animus mira quadam & ingenti dulcedine, quam nullus sensus potest aestimare, nullus sermo valet explicare. Cum enim celestis ille sponsus sponsae suae charitatis amplexibus conjugitur, & ad ejus osculum inclinatur, ad ejus atramentum subitò celestis quaedam dulcedine animae perfunditur, quam quidem sentire potest, sed nulla sermonis latitudine explicare potest. Ille enim divinorum labiorum favus distillans, fixis sponsae labiis fortiter expressus incipit distillare dulcedinem, & emanare suavitatem. Influxens itaque ille celestis suavitatis dulcor, incipit primò quidem sponsae interiora replere, postmodum autem usque ad os effluere, tandem verò per labia emanare in tantum, ut à sponso suo statim audire mereatur; *Mel & Lac sub lingua tua, favus distillans labia tua*, eò quòd ex abundantia cordis os loquatur. Haec tenus Richardus.

D. LAURENTIUS JUSTINIANUS,

Vir sanè divina eloquentia praeditus, ac divinorum affectionum patiens, in suis Operibus non ratò hujus DEI cum anima celestis Unionis meminit, ut videre licet in *lib. de Incendio amoris, cap. 3.* & de *Cognitione sponsi, & alternatione ipsius accessus & discessus, cap. 14.* & praecipuè *cap. 12.* *Tactatus de Casto connubio Verbi*, ubi dum docet gradus, quibus sponsa piovehitur ad Verbi fruitionem, ita scribit: Ideoque ex facunditate spiritualis proles, Verbi fruitione dignior efficitur, què admodum autem realiter se exposuit, eandem le custodivit, fiducialiter egit opus in junctum, perfecit ardenier, sollicitèq; ad se rediit, sic in Verbi amplexibus jucundissimè ruit, dulci gurgite repletur, perfunditur gaudio, exultat affectu, lumine cortuscat, & dilectione languescit, eundem quae foris sunt obhucitur, horum quae perculit malorù non meminit, desiderata Verbi fruens praesentia. Inde, si liceat, numquam cupit exire, amovet referta dulcedine, ardet & gemit, clamat & tacet, tenet & deficit, amplectitur & suspirat, magnòq; amoris desiderio anxia, quòd plus pascitur, eò vehementiori charitatis vulnere lauciat. Tandem autem magis sui obliviscitur, quàm amplius Verbi inhaeret vestigiis: tunc propheticum illud dulci valet promete modulatione: *Defecit caro mea & cor meum, DEVS cordis mei, & pars mea, DEVS in aeternum: Psal. 72.* & illud: *Defecit in salutari tuo anima mea, & in verbu tuum super speravi: Psal. 118.* haec quidem (ex parte tamen) sunt casti amoris exercitia, haec Verbi animae q; praeludia, quae nequaquam pro voto aut suscipiens merito adscribenda sunt, sed beneplacito tribuentis. Ipse enim quippe est Dominus, qui omnia quaecumque voluit, fecit in caelo & in terra. Quippe quod suum est, agat, & juxta suam possibilitatem, ut dignus ad Verbum ad se suscipiendum efficiatur, humiliter ac diligenter se praeparet: reliquum verò totum Verbi committat providentiae, quoniam paterno omnes amans affectu nihil subtrahit animae profuturum, quamvis haec mens humana non capiat.

ABBAS VERCELLENSIS

Apud D. Bonaventuram de *Septem itineribus aeternitatis, lib. 6. distin. 6.* Tertius, aut, gradus quo Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

DEUS attingitur est, cum DEUS per amorem tenetur & amplexatur, & spiritaliter manducatur. Hi autem actus & gradus sunt principium ipsius affectus & voluntatis. Unde Augustinus dicit, quòd voluntas habet unum proprium actum, qui est actus tenendi sive amplexandi, & quali possidendi quòd actus non potest habere intellectus: nam possessio non est intellectus cognoscens, sed voluntas habentis; sicut sanitas sani non est Medici cognoscens, sed sani eam habentis. Unde & actus gustandi non habet intellectus, sed voluntas, quia gustus est in charitate, sicut dicit Richardus: sicut DEVS per memoriam auditur, & per intelligentiam videtur, ita per affectum amplexatur & attingitur. Hunc tactum spirituales experia sunt, quae dixit: *Lava ejus sub capite meo.* Lava nomine intelliguntur splendores intellectus speculativi, qui ad gustum viatoris pertinent; dexterae nomine, quae patriam signat, intelligitur superintellectualis unio ad DEVM, quae seculum nescit, & quasi ad praemium inclinat tamquam artha & pignus, nec auferetur. Quare dicit sponsa: *Inveni eum, nec dimittam illum* post tam excessivos amplexus & ineffabiles. Haec Vercell.

DIONYSIVS CARTHUSIANVS

Artic. 8. in *Commentariis Mysticae Theologiae S. Dionysii* ita scribit: In contemplatione autem Mysticae Theologiae, quae DEVS per omnium ablationem & abnegationem cognoscitur, clarior & sublimior noscitur & videtur, quam in contemplatione praedicta per affirmationes, ideò & obiectivè non tamen quid est, sed quia est, seu per appropinquationem grandem ad noitiam quidditatis. Verum tamen in hac contemplatione fertur apex mentis & intelligentiae vertex DEO uniri tamquam omnino ignoto, in omnimoda quoque caligine fieri, nihilq; penitus de illo cognoscere: non quòd ab illius inspectione omnifarie vacet, praesertim cum ita sit altissima, clarissima, perfectissima, ac profundissima Deitatis contemplatio, cognitio, visio huic vitae possibilis, ut implet magnus Dionysius & Expositores ipsius testantur: sed quia in hac contemplativa & sapientialissima ac ferventissima unione cum DEO mens acutissimè & limpidissimè conspicit, quam superincomprehensibilis, & superseculi distans, & superpulcherrimus, & superluminosissimus, & superambibilissimus, & supergaudiosissimus sit ipse Dominus DEVS omnipotens & immensus, atque quàm infinitè & indicibiliter à plena illius cognitione, & beatifica ejus fruitione, visioneq; faciali immediatè & clarè intuitiva distet, deficiat, & occumbat, ideòq; pra admiratione & amore deficit & defluit à seipsa, gaudiosè quoque ac dulciter absorbetur, obdormit, acquiescit super dilectissimo DEO Creatore, Salvatore, ac miseratore, imò & supergratissimo suo sponso, totius beatitudinis suae superpiissimo fonte, omnipotentissima & liberalissima causa.

Idem *art. 16. de Fonte lucis*, explicans illa verba *Job. 36. In manibus abscondit lucem*, ita inquit: Insus per lucem contemplationis theoreticae, ac mysticae radium visionis tenens DEVS in manibus, eandem lucem pulcherrimè radiantem ad libitum menti purgatae nunc pandit & insulat, non retrahit & abscondit. Cumque hanc lucem Omnipotens menti ostenderit, mox mole magnitudinis suae, aQualitate, & excellentia majestatis, perfectionis ac luciditatis suae immensa memem in mo-

men.

mento, in ictu oculi, in puncto sic dulciter, non violenter vincit & opprimit, ut ipsa defluat atque deficiat: à seipsa, & vincta amore ac stupens præ admiratione ejus quam contempletur majestatis ac claritatis immentæ, præ Deitatis quam cernit deliciofissima serenitate, nesciat de seipsa: siquidem repente tam validè illustratur ac inflammatur, ut profusus succumbens vires & sensus corporales amittat. Tunc mens in incretæ lucis secretum indoceta, in infinitæ lucis abylo demergitur, in æternæ felicitatis oceano rapta deperditur, in amoris igne in mensi revoluta comburitur, atque in supervastissimæ ac superplenissimæ solitudinis impertransibili & immentæ amplitudine securissimè errat, feliciter deviat, peidens seipsam, nesciens ubi, vel quando. Verùm in hac intuitione tranquillissima ac cherubica, mens humana ut plurimum non diu defigitur, sed DEUS lucem, quam paulò antè infudit, retrahit & abcondit in manibus, atque post modicum denuò præcipit e, ut menti adveniens oriatur majori nonnumquam cum claritate quàm antè. Qua luce menti fulgente, mens iterùm intus spiendescit, ignescit, alteratur, miratur, opprimitur, deficit. Hactenus Carthusianus.

HENRICUS DE PALMA.

Tractatum edidit præclarum de Mystica Theologia, quem aliqui immeritò adscribunt D. Bonaventuræ. Is in toto fermè illo Tractatu hanc unionem, quam ex mente D. Dionysii divinam sapientiam appellat, summopere laudat, extollit, ac plenissimè declarat: præcipuè tamen Cap. 3. part. 4. hanc immediatissimam unionem nostræ cum DEO unionem sæpè repetit, dicens: Quia ordinatissimus procedendi modus in humanis ad divinam certitudinaliter reperitur, quando mens supra se provehit, movetur immediatè in DEVM, veluti in terminum, sine etiam commixtione alterius cujuscumque creatura superioris vel inferioris. Quia ergo considerando rationes æternas, mens in quantum ab ipsis egredientem creaturam considerat, in tantum à parte altera infra seipsam finitur, ut non totaliter supra seipsam integraliter erigatur: quia ergo sapientia unitiva omnem contemplationem vel considerationem in suis motibus creatura relinquit ad suum unicum intelligibile supra seipsam aspirans, ideo respectu ipsius existentiæ (licet sit nobilis contemplatio) dimitti præcipitur, cum sit ibi aliqua incurvatio & perceptio naturalis, & ideo mens per istam relativam contemplationem non relinquit omnimodam humanam apprehensionem, ut omnino veluti per aliam mens supernaturalis limites collocetur.

Entra: Vnde divina miseratione secundum quod competit, consurgenti hoc accidit, ut quando mens per multorum temporum curricula aspiravit, ut suum dilectum inimicis ei conjuncta ardentiori vinculo amoris constringeret ad modicum, prout capax est, prout fit in raptu, visio beata conceditur, maxime cum ab irretentibili, ab absoluto fit munda, & erigitur tunc ad divinam tenebrarum radium, scilicet lumen divina incomprehensibilitatis: ibi vocatur tenebra, secundum quod in Epistola dicitur ad Timoth. sic divina caligo lumen est inaccessibile, in qua habitare DEVS dicitur, & invisibilis quidem existens propter excedentem charitatem, &c. Vnde sapientia illa est immediatè ante cognitionem raptus, & sic divinus aspiranti à dilecto dicitur: Amice, adscende superius. Idem eod. lib. q. unic. in fin. sic ait: In sapientia an-

tem mystica contrarium est: nam ille verus amor, qui est Spiritus sanctus, tertia persona in divinis, & ultima respectu ordinis personarum, nobis est propinquior & prima in resurrectione affectiva in DEVM. Vnde ipse Spiritus sanctus per ignem amoris tangit & inflammatur supremam affectiva apicem, & indicibiliter sine omni cogitatione vel rationis discretione ad se trahit: unde sicut lapis suo pondere trahitur & fertur naturaliter ad suum centrum inferius, sic apex affectus suo pondere & directione immediatè, & sine obliqua obligatione, absque omni prævia vel concomitante cogitatione sursum fertur in DEVM.

Vnde illa potentia, quæ est affectus & supremum in hominis spiritu, Spiritu sancto immediatè amoris vinculo est unibilis. Ex hac potentia, ut est supremum in spiritu, quasi ab omnibus ignoratur, nisi ab illis, in quibus ab igne sancti Spiritus immediatè affectus tangitur & movetur. Vnde Dionysius hanc virtutem vocat immediatè motam à Spiritu sancto, & secundum istam procedit tota ipsa Mystica Theologia, & dicit sic: Est & nunc nobis lex prædesinita, veritatem de DEO docens nos asseverare non in persuasibilibus summe sapientia verbis, sed in demonstratione à spiritu, more theoreticarum virtutum, secundum quam ineffabiliter & ignotè conjungimur, secundum meliorem nostræ intellectualis virtutis & operationis unionem, &c.

Vnde secundum istam virtutem motam à Spiritu sancto immediatè est multò major de DEO cognitio, quàm per omnem intellectum vel rationem investigando, unde primum tangitur supremus apex affectus seu undam quem movetur per ardorem in DEVM, & ex isto contactu relinquitur in mente verissima cognitio intellectus. Nam illud solum quod sentit de divinis, verissime apprehendit intellectus, ut dicitur in fine principii Mystica Theologia, sic per unionem dilectionis, quæ est affectiva vera cognitio, unitur DEVS intellectualiter ignoto, &c. Ex qua etiam unione ingenium ad investiganda occulta mirabiliter clarescit. Hactenus ille.

JOANNES RUSBRUCHIUS,

Quem Dionysius Carthusianus virom divinum ac alterum Dionysium Areopagiam sapientissimè appellat, in lib. q. in scribitur de Calculo, sive de Perfectione filiorum DEI, manifestè hanc cum DEO immediatam conjunctionem docet, licet manifestius & frequentiùs hanc eandem unionem asserat lib. 3. de Ornatu spirituali impetrantur. Igitur in præfatio lib. de Calculo filiorum DEI, sic ait: Verumtamen DEO per medium & sine medio unimur; per medium videlicet gratia sua, & nostro operum: gratia enim DEI mentem nostram irradians, docet nos veritatem, dirigique nos ad omnes virtutes, & in eternam DEI dilectionem & amoris exercitum. Verumtamen ultra has gratiam & virtutes inter DEVM & nos mediantes, DEO sine medio unimur, quando impetu ardentis amoris excedimus omne creatum, usque in ipsum super substantiales DEI divitias, ubi in amore cuncta transimus, morientes omni consideratione, in quamdam inscientiam & caliginem ibi agimur, & superinformamur ipso & aeterno, quod est imago Patris.

JOANNES GERSON,

Vir tamen Scholastica quàm Mystica Theologia petentissimus, plurimis in locis confirmat hanc de Unionem fructiva sententiam 3. Tom. in Cant. consider. 3. Amor, inquit, expolitur in Can-

tic Canticorum, fructio DEI, vel osculatio oris nominatur apertissime, non solum habitualis & tepida, sed actualis, fervens & ecstasica, & præcipue Seraphica, cujus est immediatus fectus in DEUM, quamvis ex parte anime concurrat multitudo habituum & influentiarum. *Omne præterea datum optimum, & donum perfectum, descendens à Patre luminum, &c.* Quæ omnia tamquam virtus univoca (tradente Dionysio) replent, & restituant, & convertunt ad congruentiam Patris unitatem, & Deificam simplicitatem, ubi tunc apex Seraphicæ mentis ineffabili & ignoto DEO ineffabiliter & ignotè conjugitur: ignotè quidem, quia infinitè, & immensè, cum virtus cognoscentis & natura sint finita: sed de hoc posterius tangamus. Interim per rememoracionem paucula de spon- satione morali spiritus Deiformis cum divina Sapiencia dicimus, quorum consideratio præcedere debet tamquam via ad deponsonationem analogicam necessitatem. Osculum sponi, vel osculatio, est dignissima impressio cuiusdam suavitatis & intimæ consolationis per illapsum secretum in anima.

Et infra: Et in statu præfenti DEUS gerit amicitiam erga animam sanctam, quia communicat sibi seipsum & amorem suum, & dona sua ad fruendum, & utendum, & universaliter pertractandum quantum ipsa rationabiliter voluerit & potuerit accipere plus vel minus, pro varietate statuum in quibus est constituta. Quare Auctor hic distinguit inter communicationem, qua DEUS seipsum communicat, & eam qua communicat amorem & dona sua.

Eodem etiam tractatu in Cant. *Sympsalmate* 1. Amor autem, ait, non est nisi convenientia & ad apta: rei ad suum convenientiam. Porro nullum est objectum convenientius sponi quam ipse DEUS, summum bonum, ad quod capiendum & possidendum facta est. Quare superest, dum sibi conjugitur, inhaeret & unitur tanta propinquitate, quanta sunt os & os osculanti se mutuo. Quare cavetur ex hac unitiois perceptione delectatio non qualiscunque, sed in suo genere suprema: quia superius esse bonum non potest: propterea quietatur, gaudet & lætatur in hac unica operatione, nullum aliud objectum petens, quamvis ipsius continuationem possessionem que securam amorem non cesset. Neque tamen est motus propter defectus, qui est actus entis in potentia, cum habeat, amor id quod actualiter requirit, sicut est utiens id edens, quod habet semper in presentia, caret motu fastidii, consequitur amor ex hac delectatione illud de Psalmo, *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*

Adhuc clarius *infra* in eodem loco, Quo, inquit, processu habito, novus poterit liberè & arbitrariè inchoari, quia movebitur vel voluntas directivè, non in cognitionem præsentatam intus per intellectum, sed in rem extrinsecam vel quasi extrinsecam, scilicet DEUM. Non enim amat voluntas cognitionem huiusmodi DEI tamquam ultimum finem, sicut neque potest esse finis ejus. Amat enim DEUM ipsam immediatè, & se fert in ipsum, & amplectitur, & osculatur, & uberibus suis hæret, & in ejus fragrantia delectatur, licet non videat oculo ad oculum, vel facie ad faciem DEUM. Deinde voluntas conjuncta fini suo ultimo DEO, præcipit arbitrio proprio, & imperat intellectui, quasi dicendo: Veni, vide, gusta & senti quam dulcis est Dominus.

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

Præterea *Sympsalmate* 4. explicans illa verba, *Lavaeius sub capite meo, &c.* non obscure idipsum expressit his verbis: Cum igitur ait, quidquid est cognitionis in sponsa, quidquid amoris formalis, totum sit finitum, totum spectabit ad lavam, & dextra sola sponsi amplexabitur sponsam, quæ tamen pertinet ad lavam. Propterea necesse est quod nihil sit medium inter eos, sed manebunt duo extrema, DEUS superior, non loco, sed æternitate; & sponsa inferior, cum omni quod in ea vel circa eam finitè positum est.

Et *Tract. 9. super Magnificat part. 4. prope finem.* Mansionis hujus, inquit, convenientiam gratuitam profectò felix qui possederit habitualiter: scilicet, qui ad nihiliter cum habundia felicissimus, qui revelata facie transformatus fuerit in eandem imaginem de claritate in claritatem, tamquam à Domini spiritu actus, ductus, & tractus, ita quod sentiat per illuminatos cordis oculos, sicut imprecatur à apostolo super eminentem scientiæ charitatem Christi, hoc est, gratiam hanc conjugentem, & charam unitatem ad simplicem Deitatem. Multi quidem sunt qui habent in habitu, sicut pueri noviter baptizati, multi qui in actu possident, & exercent dum merentur; sed paucissimorum est sentire distinctè & aperitè nexum istum, mansionem istam, vocem istam, propter occasiones curatum in memoria, phantasiarum in intelligentia, & concupiscentiarum (quævis minime criminalium) in volitiva vel affectiva. Sentiant hanc gratiam inhabitationis Christi & Spiritus sancti, qui cum apostolo mente excedunt DEO, præterea sentiunt operationem intra se Verbi DEI.

DOCTOR JOANNES THAULERUS.

Ut interim varia hujus Auctoris testimonia prætermittam, unum aut alterum tantum ex *Institutionibus cap. 12. de promam, ubi sic ait: Ideoque hic ipse spiritus suo versus nihil se immergit, manet tamen sua illi creata essentia, atque in illo dumtaxat excessu & elevatione in incomprehensibilem ac immensam infinita Divinitatis claritatem liquefit profunderque, in qua etiam vicinè ineffabiliter unitur quam ipse purus aer solari lumini, dum ab eo in meridie perfunditur ac illustratur. Vbi licet splendor solis & aer ipse sine modo sint unita, non tamen splendor aërem sua natura & essentia privat, sed ipsam purgat, illustrat, nobilitat, & transformat: eodem sane modo & hominis spiritus contingit; in DEO siquidem purissime illustratur, nobilitatur, & in divina conformitatis transformatur similitudinem, nec tamen in sublimi illa ad DEUM vicinitate vel propinquitate creatam essentiam suam amittit. DEO quippe suam tribuens honorem, creatam essentiam suam ex illius increata essentia originem traxisse, denique ex nihilo factam esse, & naturali quodam exitu ex DEO profluxisse, ac supernaturali introitu in DEUM remeasse ac refluxisse scietur. Hicque jam in abyssali Divinitatis pelago spiritus ipse submergitur & absorbetur, ita ut dicere possit, intra me DEUS, extra me DEUS, & undique circa me DEUS: totum mihi DEUS, nec quidquam novi nisi DEUM. Porro bone voluntatis ac virtuosum cor, quod ista diligit, nec tamen ea quandoque gustat vel experitur, nihilominus ex intimo sui altissimas DEI divinitas, quas suis exhibet Electis, fideliter laudare studebit, sic que horum omnium erit particeps, & desiderium ipsius pro eius capacitate implebitur.*

Cc 2

Idem

Osculationis sponi declaratio.

Pulchra similitudine delectatur hic animæ status.

CHUS,

ON,

ica Theologia confirmat 3. Tom. in Cæcis in Cæcis.

Idem etiam in *Instit. cap. 27.* Sicut enim aqua sur-
da sponte rasi apre supposito, debiteque collocato illa-
bitur, sic & quando interiora nostra DEO subiacun-
tur & accommodantur, sol Divinitatis, qui occasum
nescit, nec obscuratur unquam, micantes radios suos
in fundum ad se conversum dirigit instar solis huius
corporei, qui splendorem suum in terram sibi directe
substratam diffundit. Et sicut hic, ubi nullum obsta-
medium, ibi primo omnes humores, exhalationes, sor-
des ex terra attrahit ipsaque calefacit, purgat, exsic-
cat, & ad sphaeram suam usque adducit, ubi rasi illi
vapores in tantam abeunt lucem & puritatem, ut in-
star stellarum fulgeant: sic & homini interno ac in-
troverso, DEO que sine medio substrato, usvenire so-
let. Enimvero sol divinus in eius praclarum fundum
continue lucis sua mittit radios, dulcique splendore
suo omnem impuritatem & terrene delectationis va-
porem extrahens, ipsum spiritum magis ac magis su-
stollit, donec ad suae Divinitatis adhaerent sphaeram,
ipsaque per ipsum divinum efficitur, adeo ut iam huius-
modi homo DEUM sibi multo praesentiores sentiat in-
veniatque, quam sit vel ipse sibi, vel aliud quodcum-
que; ipsaque in fundo suo multo fulgere lucidius,
quam sol iste corporalis oculis suis externis resplen-
deat, atque adeo se cum ipsa luce unum experia-
tur.

HENRICUS HARPHIUS

Lib. 3. Myst. Theol. p. 3. cap. 24. sic ait: Eia nunc
protequamur de felicissimo contubernio divino,
quo felix anima potissimum & nobilissimum sa-
surrum DEO ingerit, dicens: *Osculetur me osculo
oris sui:* quodque post anhelosa desideria per nu-
dam & simplicem mentis obedientiam amoroso
immersione in dilectum se proclinans, tandem con-
sequitur, ubi felici tempore se in vicem osculan-
tur, quoniam immediate DEO per amoris unio-
nem coniungitur, & quodammodo Deificatur.
Dicit enim Bernardus super eodem verbo: *Ego ar-
bitror neminem facile scire quid sit osculum, nisi qui
accipit.* Est quippe maana abconditum, & solus
qui edit, adhuc esuriet; & solus qui bibit, adhuc
sitiet. Non est cuiuslibet hominis, sed si quis semel
ab ore Christi susceperit, habet proprium experi-
mentum, quod profectio sollicitat & cogit am-
plius ad petendum.

Quid re-
quiratur
ad frue-
ndum
sponsi
osculo.

Hoc osculum sola & rara perfectio experitur:
oporere enim huiusmodi amare castè, ut ipsum
sponsum solum & non alium amet, petat, vel qua-
rat amare sanctè, quia non in concupiscentia car-
nis, sed in puritate spiritus, amare accendit, ut ita
amore sponsi inebrietur, quod maiestatem non
cogitet. Hoc osculum nihil aliud esse credimus,
nisi spiritum sanctum ad consolationem animae
sanctae nullum: sicut enim osculandum spiramen
se permiscet, ut unus anhelitus iudicetur: sic Spiritus
sanctus nostro spiritui dulciter immiscetur ut unus
spiritus cum eo, quae scilicet unio Deifica, o-
nem animae feliciter accelerat. Quae nimirum Dei-
ficatio super omnem rationem & intellectum ex-
perientia felicissima sentitur impleta, ubi nec ratio
valet attingere, licet illuminata ratio ea qua
senti: amor semper intelligere conatur.

Et ne fortan aliquis existimaret, Auctorem in
superioribus loqui de praesentia DEI immediata,
qua omnibus rebus ratione sua immensitatis praes-
entis est, infra eodem cap. suam aperius explicat
sententiam, dicens: *Ex his utrumque admirabilem
illam Deificationem & immediatissimam unio-*

nem ostendere poterimus, quam anima felicissi-
ma cum DEO possidet per amorem, qui causalit-
tudinem dulcissimam omni osculo, de quo nunc loqui-
mur. Nunc ergo diligentiùs intendite. Licet cum
essentia sua DEUS intuior sit & praesentior ani-
mae nostrae, quam ipsa sibi sit, sicut substantia que-
dam est omnium creaturarum: haec tamen divina
praesentia teo, non esse dumtaxat essentialia ip-
sius animae esse dignoscitur, nec sanctam faciens,
nec beatum esse eius actuale: quia non est obje-
ctiva praesentia, quae sola esse actuale animae for-
mae soler. Cum igitur intellectiva virtus animae
DEUM agnoscat in formis & similitudinibus, a-
ntea ipsa virtus se propius transfert in DEUM, sic-
ut illum in imaginativa virtute reperit imaginari-
tamque, cum eadem imagine virtus amativa for-
matam in ea, DEUM ducens & amplectens se-
condum ex genitum illius imaginis, sive fuerit i-
mago maiestatis, bonitatis, pietatis, charitatis, sive
sapientiae aut divinae essentiae: nihilominus tamen
simplicem & rectam eius in, enim non per omnes
imagines & similitudines nude sine medio tran-
fert in DEUM. Cum autem per virtutem amati-
vam anima super omnem imaginem & similitu-
dinem in illam caliginosam nihilitatem suae co-
gnationis ascenderit (ut dictum est) sibi DEUS ei-
dem objectivè sine medio praesens est secundum
totalitatem Divinitatis suae.

D. LUDOVICUS BLOSIUS.

Praeterea Blosius, Abbas Laventis, piensissimus
& laudatissimus vir, qui inter alia Opera varia e-
ruditione & eximia pietate referta, speciatim de
hac altissima DEI cum anima conjunctione, praeci-
pue cap. 11. *Speculi spiritus alii* sicut perit etiam
vir, ubi sic inquit: *Magna profusus est tempore hu-
jus exili DEO per mysticam nudamque unionem in
divino lumine copulari. Fit autem hoc quando munda,
humilis & resignata anima ardenti charitate succen-
sita, supra se ipsam DEI gratia elevetur, & ad ingen-
tem divinae lucis claritatem menti assurgentem, am-
tit omnem considerationem atque distinctionem rerum
deponitque imagines etiam excellentissimas, ac tota
amore inque facta, & velut ad nihilum redacta, desinat
in DEUM: tunc enim sine medio coniungitur DEO,
& efficitur unus spiritus cum eo, atque in illum trans-
formatur transmutaturque, sicut ferrum in ignem
positum transmutatur in ignem, non desinens esse fer-
rum. Fit unum cum DEO, non tamen ita ut sit eius-
dem substantia & naturae cum DEO. Quiescit hic a-
nima, cessatque à propria actione, & optabilem DEI
operationem dulciter sustinens, pace gaudioque ines-
sabili abundat.*

Quando
& quo-
modo
hac fiat
animae
cum
Deo unio.

Et intra: *Igitur anima vastissimam Divinitatis so-
litudinem ingressa, feliciter se perdit, & lucidissima
caliginis claritate illustrata, praecognitione sit quasi
sine cognitione, atque in sapientia qui ad am ignorantiam
constituitur. Quae licet nesciat quid sit Deus, cui nu-
da claritate unita est, licet non videat DEUM sicuti est
in gloria sua, experimento tamen discit illum insigne
transcendere omnia sensibilia; & quidquid de DEO
scribi, dici, vel humano intellectu apprehendi potest,
sentit longe aliud esse sine imaginibus in DEUM ex-
cedere, quam in nobilibus aut divinis imaginibus atque
similitudinibus DEUM intrari. Denique per intimam a-
moris complexum contractumque, melius DEUM cogno-
scit, quam exteriores oculi solem cognoscant visibiles.
Huiusmodi anima optime scit, quid sit vera contem-
platio: nam affectus eius in regionem ineffabilis lucis
dirigitur.*

Anim
in De
trans-
form.

Thom
Opera Spirit
II
Osculo

directus, ubique defixus, feliciter cernit quam angusta
& exigua, ac plane nihil sit omnis creatura, compara-
ta celsissimo atque interminato DEO.

Idem Auctot in cap. 12. In spirit. spiritual. ita scri-
bit: Felix illa anima, qua puritati cordis sanctique in-
troversioni iugiter studet, & privato amori, seu pro-
pria voluntati, propriaque questionum prorsus renun-
ciat, hac enim magis ac magis DEO appropinquare me-
retur. Tandem vero superioribus eius viribus divina
gratia subleuatis, clarificatis, & exornatis, unitatem
nuditatemque spiritus obtinet, & purum atque inde-
pitum amorem, simplici quoque cognitionem (qua co-
grationem expers est) adipiscitur. Tam itaque cum
excellens indubitanter gratia DEI sit capax, ad vi-
vum illum fontem, qui ab aeterno manat, ac Sancto-
rum mentes satis superque reficit, perducitur. Tam vi-
res eius ad instar stellarum lucent, & ipsa sit idonea ad
contemplandum Divinitatem abyssum sereno, simplici,
& jucundo incursu, absque imaginatione, & sine ali-
qua intellectus admixtione.

Vnde quando sese ad DEVM cum amore integre
convertit, incomprehensibili luce in fundum eius ef-
fulgente, rationis & intellectus oculus reverberans
caligat; simplex vero ipsius animo oculus, nempe pu-
ra, nuda, uniformis, & supra intellectum elevata cog-
nitatio, manet aperta. Porro naturae ali lumine intel-
lectus à tantae claritate obsuscato, anima nihil in tem-
pore adipiscit, sed supra tempus, & locum erecta, quan-
dam aeternitatis proprietatem assumens: nam imagines,
& distinctionem considerationemque rerum admit-
tens, jam experimento discit, DEVM longe transcen-
dere omnes corporales, spirituales atque divinas ima-
gines, & quidquid intellectu apprehendi, quidquid de
DEO dici scribi, quidquid nominis ei imponi potest,

quomo-
do divi-
na sit el-
sentia in-
nomina-
bilis.

clare perspicit, alia omnia à veritate divina essentia
in infinitum distare, ob idque eandem essentiam inno-
minabilem esse: ignorat tamen quid sit DEVS, quem
sentit. Hinc praecognitione facta sine cognitione, in so-
lo amabili, nudo, simplici, & ignoto DEO quiescit. Lux
quippe divina propter nimiam sui claritatem inaccessi-
bilis est, unde & caligo appellatur. Suscepit hic anima
verbum a se conditum, quod DEVS in interno silentio
& secreto mentis recessu loquitur. Hoc suscipit, atque
unionis mysticae complexum feliciter experitur. Vbi
enim intellectum omnesque imagines per amorem exce-
dit, & supra se ipsam erecta est (quod solus
DEVS ei prestare potest) iam a se desiliens, proficit in
DEVM, tuncque DEVS pax & fructus eius est. Illa ergo
in tali mentis excessu posse a iure canitur: In pace in-
diapitum dormiam, & requiescam. Desiit inquam a
mans anima, desiccatque a se ipsa, & velut ad nihilum
redacta, in abyssum aeterni amoris collabitur; ubi sibi
mortua vivit in DEO, nihil sciens, nihil sentiens praeter
amorem quem gustat: perdit enim se in vastissima Di-
vinitatis solitudine atque caligine; sed sic se perdere,
invenire est. Ibi sanè, quidquid est humanum exuens,
& quod est divinum induens, transformatur mutaturque
in DEVM, sicut ferrum in ignem positum formam
ignis accipit, & transmutatur in ignem: manet tamen
essentia animae sic desiccatae, & quemadmodum ferrum
ignitum non desinit esse ferrum.

Igitur ipsa anima quae prius erat frigida, iam ardet,
quae prius erat dura, iam mollis est: plane tota DEI co-
lor est, quia essentia eius essentia DEI persusa est: tota
divini amoris concremata, totaque liquefacta transit
in DEVM, & ei sine medio unita, unusque spiritus cum
eo effecta est: sicut aurum & as in unam metalli mas-
sam conflantur. Ceterum illorum, qui in DEVM ita
excedunt & rapiuntur, diversi gradus sunt: nam eo
quoque profundiùs atque sublimiùs in ipsum DEVM

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

pertingit, quo efficacius ardentiusque seu amorosius se
ad eum convertit, & quo perfectius in ipsa conversio-
ne omnem propriam questionem repellit.

Et inf. à: O sanctam illam animam, quae à DEO
singulariter visitata, & supra omnia creata supraque
propriam operationem elevata, in vi memorativa nu-
datur omnibus imaginibus, & meram puritatem atque
simplicitatem sentit: in vi intellectiva percipit presul-
gidas illuminationes solis iustitiae, & divinam verita-
tem agnoscit: porro in vi amativa sentit a se quem-
dam quieti amoris, sive contactum spiritus sancti ta-
quam fontem vivum manantem rivulus aeternae suavi-
tatis, atque ita ad excellentem cum DEO unionem in-
vitatur introduiturque. O felicem illam horam! tunc
nimirum anima supernaturali jucundissimam, incun-
ditate & gaudio vernantissimo intus perfruatur, ac
saturam beatitudinem aliquo modo praegustat.

O quam beatus est, cui fragrantissimum illud ver-
& aetas illa amenissima exoritur, cuique divinam co-
pulam vel ad momentum experiri concessum est! Is e-
nim ad id perducitur, quod nec ratio, nec intellectus
capere, neque lingua exprimere potest. Per sapientem
ignorantiam & per intimam amoris contactum me-
lius DEVM cognoscit, quam exterioribus oculis vi-
sibilem solem cognoscant: usque adeo stabiliter in
DEO, ut DEVM sibi vicinior esse sentiat, quam ipse
sit sibi. Vnde & Deiformem superessentialemque vi-
tam jam ducit, factus Christo secundum spiritum, ani-
mam, & corpus conformis, sive comedit sive bibit, sive
vigilet sive dormiat, semper in eo DEVS operatur,
qui superessentially vivit in illo. Talem ipse DEVS
docet de omnibus, & spirituales mysticosque sensus ei
aperit: creberrimè, vel etiam indestinenter cum visi-
tat, adstringit, osculatur, illustrat, accendit, penetrat,
& implet. Nam cum anima eius sit jam speculum cla-
rum sine macula divino soli convenienter obiectum
substratumque, ipse sol iustitiae non potest non assidue
stillantia gratiae radiis sapientiae, & claritatis scin-
tillas in eam diffundere. Valde quidem subtiliter at-
que mirabiliter DEUS se nonnumquam anima per-
fecta revelat atque manifestat; nondum tamen se of-
fendit sicuti est in sua ineffabili gloria, sed sicut in
haec vita videri potest. Haecenus Blossius.

FRATER JOANNES à JESU MARIA,

Peritissimus & eruditissimus Theologus, ac mira
sanctitate conspicuus, nostri Ordinis Generalis,
vix divina patens, ac his scrip- is universo orbi
notissimus, in Tract. de Myst. Theol. cap. 5. explicans
hunc immediatum Spiritus sancti tactum, ita in-
quit: Ad hunc ergo modum Theologorum Mysticorum
doctrina libranda est, ut nimirum qui via purgatrice
ac illuminatrice profecerunt, & his viis affectum exci-
tare perquam sedulo didicerunt, ad tantam inter-
dum voluntatis agilitatem pervingant, ut simplici di-
taxat rerum divinarum conceptione praemissa, statim
sine alio intellectu actu ferantur in DEVM. Sed ut
ad felicem huiusmodi agilitatem voluntas attollatur,
& ut (quod jam subijcimus) donum tangentis DEI
detur experiri, in calce Operis traditur methodus praes-
tandi quod in nobis est, ut clementissimus DEUS nos-
tros adjuvet perficiatque conatus.

Tribus igitur praefixis contemplationis & amoris di-
vini parandi modis, superest ille nobilissimus & sacillè
supremus DEI tactus, de quo caput hoc in scriptum est,
qui supra modos alios voluntatem commovet atque
portur, & qui praeter ceteros arcaneus est.

Fit autem arcaneus hic tactus, ut nonnullis Scri-
ptoribus videtur, cum sine ullo intellectu actu co-
nate

Cc 3

Summa
animae
felicitas
in hoc
statu
consti-
tuta.

Animae
in Deum
trans-
formatio

nite vel prore, Spiritus sanctus sui amoris igne tangit & inflammat supremum affectum apicem, hoc est, (iuxta doctrinam traditam) ipsam voluntatis summum atem, vel portionem superioris intellectus portioni respondentem. Nos vero in ea sumus sententia, qua asserit eum tactum sine aliquo intellectu actu fieri non posse, cum S. Augustinus lib. 10. de Trinit. & S. Thomas 1. 2. quest. 27. art. 2. censeant nihil incognitum, hoc est, sine cognitione, amari posse. Quando autem voluntas sic tangitur, divina patitur, hoc est, divino modo afficitur. Ex eo quippe tactu, motus sive impulsus quidam imprimi videtur ei, ut in DEVM velut in centrum suum feratur, qualis ex magnetis tactu styli ferrea imprimitur, quo semper in mundi polum verticemve cecidit. Et hec secretissima totius Mystice Theologie pars est.

Postquam autem Spiritus sancti tactu bene affecta, multisque impulsibus insecuta & amplexata DEVM voluntas divina patitur, & gustu intimo DEI bonitatem ac pulchritudinem percipit, assulget intellectui, qui insertus remanserit, clarissima & verissima DEI cognitio, multo certe nobilior quam per alias doctrinas unversas, & ingenium sit maxime perspicax. Quin vero non solum anima, verum & sensus & corpus mirifice perficiuntur: quanto enim affectus ille viget magis, tanto etiam magis corruptio carnis diminuitur.

Phrases
he am-
plecten-
di, iene-
di, astim-
gendi sa-
miliares
Theol.
mystic.
scriple-
runt.

Idem cap. 6. Anima deinde sic patiens tota fertur in DEVM illo explenda, & divina illi unione socianda. Quod si pro voto contingat, dum DEVS animam invisit, celebratur castissima spiritus creati cum in creatore conjunctio, qui est alius amoris effectus, & appellatur Unio. Quia vero unio solum videtur significare contactum, mysticamque duorum spirituum amplexum; sequitur inbasio mutua, qua spiritus alter alterum sibi appropinquat & adstringit, seque illi velut agglutinat: qui amoris effectus mutua inbasio nuncupatur.

ex Ri-
cha d.
Contepl.
cap. 15.
& alius
recen-
tionibus,
qui de
Theol.
mystic.
scriple-
runt.

Verum quia & ipsa inbasio mutua, observata corporum inter aphora, cui duntaxat affigi, nec ad intima penetrare videtur, subsequitur huiusmodi quassus potius alterius spiritus, alterum velut poris diductis attrahentis & ebibentis more spongia, recentive panis aquam sugentis. Et hic effectus vocatur Fretio. In hunc igitur modum recentissimus amoris effectus, qui viget, dum quod amat bonum, presens est; prater eccliam & liquefactionem, qua absente etiam bono inbasio sunt, licet presense perficiantur. Perficitur sane anima amore liquefacta, dum illam DEVS presentissimus explet, & illas velut intere apedines impelat, & hinc amplius DEVM presentem bibit: a esurtes enim DEI vescendo, sicut bibendo perficitur.

Sap e-
mus om-
nium ra-
pium &
illapsus
Dei in a-
nimam
declara-
tur.

Et infra: Sed supremus omnium raptum esse videtur, quoad essentiam animae, in quam ineffabili modo per gratiam DEVS illabitur, tres potentia divinitus quam in proximo raptu jam descripto, affecta convocantur & reseruntur, ut intellectus agnoscat, voluntasque tangat suavisimum DEVM, tamquam verum Salomonem in eburneo solio residentem, & cum desponsa sibi anima, pacis constantissima fœdera pangentem. Fit autem hic raptus (quemadmodum qui feliciter experiri creduntur, tradidere) DEO animam tangente, & efficacissimo tactu ad se arripiente. Quæ profectio raptum sive tactum, mox ut anima recipit, vires omnes inferiores in totum impelluntur, & sensus ab operatione desistunt: intellectuales vero potentia in sua nobilissima operatione collocantur. Memoria dicitur in influxu celesti, intellectus clarescit sublimibus illustrationibus, voluntas eliquatur, ardentissimus desi-

deris. Quin & anima tam divina vis stabilitur eo DEI tactu, ut voluptates divinas sine defectione valeat finire.

Verum altius evehitur anima tactu illo: nam postquam manum porrigente DEO, & potentiam ad perfectissimos actus suos permovente, anima excitata est, tam celeri motu potentia superiores actus suos exercent, ut ipsa incitata operatione desicere videantur. Trabuntur enim in totum in ipsam essentiam animae, in quam convertuntur, à phantasmatum minime prapedita. Nec enim intellectus in eo statu à phantasmate, quo potitur pragratur, sive à noticia divina veritatis retardatur, sed omnia corporea pratergressu reflectitur in essentiam more celesti.

Cum vero DEVS sibi tamquam in pacatissima sua statione presideat, sit quidam sive amplexus, sive contactus anime cum eo, quo videtur anima liquefere, ac in DEVM tota prorps influere. In illam nempe divinissimam stationem convocata potentia avidissime feruntur, & post incitatum cui sum silentio miraque quiescent. Graduntur pariter intellectus & voluntas, sed intellectus nimio splendore à DEO, qui sedet in essentia emicante, perstringitur, & velat excusatur, ac proforibus illius thalamis subsistit. Apex tamen affectus, vel summitas voluntatis, amoris impetum prosequi capiens progreditur, & archissime DEO fovitur, ac demum quiescit illuc usque enim incitata operatio procurrat. Est satis aperta similitudo, cum quis in mortis agone incitatus motibus trahit hilitum, donec hilitu postremo animum efflat. Sic quippe post multos motus anagogicos, in DEI sibi existens amplexu anima videtur quasi mori, ut in DEVM transformata felicitas vivat.

Et iterum inferius: Ar vero, ad felicem illam quasi mortem regredientes, annotemus oportet, potentias illas duas sic erectas coram divina claritate, qua à DEO in anima centro vel (ut Theologi mysticant) Oratione fundo quiescente dissultat, miro modo afficit, quemadmodum & ipsa afficitur anima, quae more ferri candentis propria forma non amissa, sed à presente DEO & trajecta & incensa, se DEI genuis esse facile demonstrat: sicut & ferrum dum candet, mirifice ignem representat, & illius proprietatibus pollet. Proportione hoc ita vero servata, in eum etiam modum intellectus & voluntas afficiuntur. Quia certe potentia in centrum vel fundum anime vocata (licet voluntas propriis accedat) introducuntur in quamdam vastissimam quasi divinitatis solitudinem, ubi voluntas DEVM ineffabili sensu percipit, & intellectus, amissa omni rerum distinctione ac varietate, universis que etiam nobilissimis imaginibus superatus, DEVM sapientissime ignorans (nec enim illum inuenerit ut in patria) divinitus agnoscat.

Excelsum sanè ignorantis gemitus, illa videlicet irrationalis & amens sapientia, à S. Dionysio areopagita tantopere celebrata: non sanè quid rationi vel menti renitatur, sed quod eam longe supergreditur, & arcana valde modo comparatur. Intellectus quippe nec DEVM in propria divina natura cernit; nec vero in imaginibus, que in diis contemplationis gradum non adeo nobilibus concipiuntur, speculatur, sed in quamdam velut caliginem immergitur, ac DEO circumfusis, serenissima ac tranquillissima quadam noticia nesciens quid sit DEUS, agnoscat proculdubio illum tunc sibi in nebula presentissimum divinitus quodam modo, qui omnibus modis aliis notitiis, quae de illo vel scribuntur vel concipiuntur, inmensis certis spatio ac magnitudine antecellit. In hac certe caligine, vel nebula, vel tenebris (ut olim Moysi in montis vertice contigit) clarissimè à purgatissimo iam intellectu

Dupli-
modi
expor-
tur, quod
se De
anim

Thomas

Oper Spiritu
Theol
mystic

cognoscitur, quam vel exprimi, vel sine experimento cogitari possit. Quae certe cognitio una cum suavissimi gustu, quem voluntas percipit, Theologia Mystica efficitur multis Auditoribus intellectu obturato, solum voluntatis divina patiens, & Spiritus sancti talis vel sensu fruens affectio, Theologia mystica esse videtur.

Testimonis alia non tam Patrum aut Doctorum, quam insignium feminarum, earum nempe, quae & divino lumine illustratae, & propria experientia edoctae, de hac praesentissima ac immediata DEI cum spiritu nostro unione fidem fecerunt.

S. ANGELA DE FULGINIO

Tanta cum distinctione ac claritate de hac Spiritus increati cum creato conjunctione tractavit, ut vix à peritissimis Theologis quidquam aliud possit desiderari. Hæc igitur Cap. 27. agens de quadam ineffabili DEI in anima sua manifestatione, plenissimè operationes tam intellectus quam voluntatis supremas, ac omnes effectus ex hoc miro Spiritus divini cum rationali anima vinculo permanentes sequentibus verbis explicat: Consequenter postea elevata sum in spiritu, & invenime totam intus in DEO, modo alio quam unquam consueverim, & videbatur mihi quòd eram in medio Trinitatis, altiori & majori modo quam consueverim, eò quòd recipiebam majora bona solito, & quia eram in ipsis bonis continuè, & plena lætitiis, & deliciis, & delectamentis maximis & inenarrabilibus, quae omnino sunt supra omnia, quae unquam experta fui. Fiebant autem in anima operationes divinae tam ineffabiles, quòd nullus Sanctus, nec Angelus possit eas enarrare vel explicare; & intelligo quòd illas operationes divinae, & illam profundissimam abyssum nullus Angelus, nec alia creatura est ita capax, quòd possit eam comprehendere.

Et videtur mihi, quòd illud quod dico sit maledicere vel blasphemare, & sum extracta de omnibus quae habueram prius, in quibus consueveram delectari, scilicet de vita, de humanitate Christi, & de illa consideratione illius profundissimae societatis, quam tantum, dilexit ab aeterno, quam dedit etiam Filio suo, in quibus etiam ego consueveram delectari, videlicet in paupertate, in dolore, in despectu Filii DEI vivi consuevit esse repausatio mea, & meus lectus. Et sum extracta de omni illo modo videndi DEUM in tenebra, quae me tantum consuevit delectare. Et sum extracta de omni illo statu priori cum tanta unctione & dormitione, quòd nullo modo percipere potui, nisi quòd modo recordor quòd non habeo illa. Et in illis bonis ineffabilibus, & in operationibus divinis praedictis, quae sunt in anima mea, DEUS se prius praesentat in anima, faciens operationes divinas ineffabiles, & postea consequenter se manifestat aperiendo se animae, & donando adhuc ei majora dona cum majori adhuc certitudine & claritate ineffabili.

Et praesentat se prius animae duobus modis. Uno modo praesentatur intimè in anima mea, & tunc intelligo eum praesentem, & intelligo quomodo est praesens in omni natura, vel in omni re habente esse, in demone, in Angelo bono, in inferno, in paradiso, in adulterio, in homicidio, in

omni bono opere, & in omni re habente aliquo modo esse, tam in pulchra, quam in turpi. Unde quando sum in ista veritate, non minus delector de DEO, videndo vel intelligendo unum Angelum bonum, vel unum bonum opus, quam unum malum: & isto modo praesentatur multum affluè in anima mea, & hoc praesentare, vel praesentatio, est illuminatio cum magna veritate & divina gratia; ita quòd quando anima istud videt, non potest offendere in aliquo; & haec illuminatio apponatur in anima multa bona divina, & jam tunc intelligens DEUM esse praesentem, valde humiliatur, & recipit confusionem de peccatis suis, & recipit hinc anima magnam gravitatem sapientiae, & magnam consolationem divinam, & magnam lætitiā.

Alio modo praesentatur magis specialiter, & valde diverso modo à praedicto, & dat aliam lætitiā à praedicta, & recolligit totam animam in se, & facit in anima multas operationes divinas cum valde majori gratia, & cum inenarrabili abyssu delectationum & illustrationum; ita quòd solum illud praesentare DEI sine aliis donis, est illud bonum, quod Sancti habent in vita aeterna. De donis autem, quae Sancti habent in vita aeterna, aliqui Sancti habent plura, aliqui pauciora. Quae dona quamvis non valeant dicere, imò meum dicere plus est devastare & blasphemare, quam aliquid dicere deo tamen quòd in eis sunt dilatationes animae, quibus anima fit magis capax ad capiendum & habendum de DEO. Et statim cum DEUS se praesentat animae, consequenter manifestat se, aperiendo se animae, & dilatat animam, & donat ei dona & dulcedines, quae nunquam fuit experta, cum valde majori profundo quam praedictum sit; & est extracta tunc anima de omni tenebra, & fit animae major cognitio DEI, quam intelligam posse fieri, & fit cum tanta claritate, & cum tanta dulcedine & certitudine, & cum tanta abyssu, quòd non est cor, quod ad id possit attingere.

Unde nec cor meum potest post redire ad aliquid de eo intelligendum, nec etiam de eo aliquid cogitandum, nisi solummodo quòd à DEO donatur animae quod levatur in id, quòd nunquam cor potest se de cetero extendere in aliquo ad illud. Et ideo non potest aliquid dicere omnino de illo, nec aliquid verbum reperire potest, quòd illud dicat vel sonet, nec etiam cogitatio, nec intellectus aliquis potest se extendere ad illa, tantum superant omnia, sic & taliter, quòd DEUS per aliquid quod dicatur, nec contemnit, commendari non potest. Scriptura tamen divina est ita alta, quòd non est homo ita sapiens in toto mundo, etiam si habeat sapientiam quantum potest in illo statu, quòd possit eam ita plenè intelligere, quin superetur intellectus eius ab ea; & de illis operationibus divinis ineffabilibus illius manifestate DEI, quae sunt & fiunt in anima, nihil omnino loqui vel balbutire homo potest. Et quia anima mea saepe levatur in secreta divina, ideo intelligo illud quòd facta est Scriptura divina, & id quod videtur dicere, & contradicere; & id quo facta est facilis, & difficilis; & illud, quo nullam utilitatem habet aliquis de ea, quia non observantes damnantur ex ea; & illud quo alii observantes salvantur in ea.

Et isto desuper hæc cognoscens, & ideo rediens de secretis DEI, securè loquitur aliqua verba, quae sunt de extra illas operationes divinas ineffabiles,

Divinae Scripturae admiranda profunditas.

Duplex modus exponitur, quo se Deus animae

nullo modo appropinquans eis, imò meum loqui de eis & meam dicere, est devastare, unde & dico me blasphemare: Si enim omnes consolationes divinar, & omnes lætitiæ spirituales, & omnia delectamenta divina, quæ umquam in hoc mundo fuerunt, & non solum quæ fuerunt, sed, etiam si omnes Sancti, qui fuerunt ab initio mundi usque modò, aliquid habuissent explicare de DEO, & si omnia delectamenta bona vel mala, quæ umquam fuerunt, converterentur in bona delectamenta & spiritualia, & durarent mihi usquequò pertercerentur; tamen pro omnibus prædictis ego non darem, seu non cambiarem delectationem, quam ego habeo de illo inenarrabili manifestare DEI tantum, quantum est levare vel claudere oculatorum. Et hoc dico tibi, ut aequaliter isto modo possim ponere in corde tuo, quòd adhuc illud inenarrabile bonum, quòd ego habeo, superat in infinitum omnia prædicta. Et non habeo solum per unam aperite vel claudere oculatorum, imò habeo per bonum spatium sæpè: & multoties illo modo, sed modo efficaciter.

Allo autem modo, sed non ita efficaciter, habeo quasi continuè. Et quamvis ego possim recipere tristitias & lætitiæ exterius aequaliter & parum, intus tamen in anima mea est camera, in qua non ingreditur aliqua lætitia vel tristitia, nec delectatio alicujus omnino virtutis, vel alicujus rei quæ nominari possit: sed intrat in illam illud omnne bonum. Et in illo manifestare DEI (quamvis ego blasphemem sic Christum nominando) quia non possim ipsum aliquo verbo perfecte nominare, est tota veritas, & in eo intelligo & habeo totam veritatem quæ est in celo, & in terra, & in inferno, & in omni creatura, cum tanta veritate & cum tanta certitudine, quòd nullo modo, si totus mundus diceret oppositum, possem aliud credere, imò facerem in trassas. Video enim qui est esse, & quomodo est esse omnium creatorum: & video quomodo fecit me capace ad intelligendum prædicta meliori modo quam fuerim hæcenus, quando videbam in illa tenebra, quæ me tantum consuevit delectare. Et video me totam cum DEO totam mundam, totam sanctificatam, totam veram, totam rectam, totam certificatam, totam certam in eo; & quando sum in isto statu, non recedo alicujus acrius rei. Et aliquando quando fui in isto statu, dixit mihi DEUS: Filia divina sapientiæ, templum dilecti, delectum dilecti, & filia pacis, in te quietat tota Trinitas, tota veritas, ita quòd tu tenes me, & ego teneo te. Una verò operationum animæ, quam DEUS sibi dat, est, quòd intelligo cum magna capacitate, & cum magno delectamento, quomodo DEUS venit in Sacramento Altaris, cum illa magna & nobili societate.

Quando verò remaneo, & sum extra illum maximum statum, video me totam peccatum; & obediens peccato, obliquam & immundam, totam falsam & erroneam, sed remaneo quietam, & remanet in me una unctio divina & continua, quæ est summa omnium unctionum quas umquam habuerim omnibus diebus.

Ad prædictum verò statum non sum ego profecta, sed sum ducta à DEO & elevata, ita quòd ego nescivi istum statum velle, nec desiderare, nec perere; & sum nunc in isto statu continuè, & sapissimè levatur anima mea à DEO, & non requiritur meus consensus; quia dum ego nec spero, nec cogito aliquid de eo, subito anima leva-

tur à DEO & Domino, & comprehendo totum mundum, & non videtur mihi quòd sit in terra, sed stem in celo in DEO. Et iste excellentissimus status in quo modò sum, est super alios status quos adhuc habui, quia est tanta impletio, & tanta charitatis, & certitudinis, & nobilitatis, & dilatationis, quòd nullum alium statum sensu appropinquare ei. Et istud manifestare DEI habui plusquam mille vicibus, semper noviter alio modo & diverso ab alia vice. Et semel in festo S. MARIE Candelariæ habui illud inenarrabile manifestare DEI, & dum fieret in anima mea, tunc animæ meæ fuit facta representatio summe, & vidit anima semetipsam tantæ nobilitatis & altitudinis, quantum nunquam potueram cogitare, nec intelligere, nec aliàs possem credere, quòd anima mea, vel animæ quæ in paradiso sum, posset esse tantæ nobilitatis; & anima mea non potuit tunc comprehendere semetipsam. Unde est anima, cum scripta, & finita, & circumscripta, non potest comprehendere semetipsam, quantum minus potest comprehendere Creatorem suum immensum, & infinitum, & incomitipsum.

Anima autem mea tunc præsentavit se DEO cum maxima securitate, ita quòd nullum portabat secum timorem; sed præsentavit se DEO cum majore delectatione, quam unquam fuerim experita, & cum majore, & nova, & excellentissima lætitia, & cum tanto novo miraculo & tam claro, quòd nunquam tale potui intelligere in anima mea. Et in hac obviatione quam tunc habui cum DEO, quando simul intellexi & habui prædictum inenarrabile manifestare DEI, fuerunt mihi data verba de DEO alissima, quæ nolo quòd scribantur.

Quando verò anima ad se revertitur, hoc sibi remanet, & hoc invenit in se, quòd placet sibi omnem penam & omnem injuriam libere, & pro DEO, & quòd pro nullate, quæ fieri vel dici obset, non posset de cetero ipsum separare à DEO; unde clamavit anima, & dixit: *O dulcis Domine, quid est quod possit me à te separare?* Et in dilexi mihi dici, quòd nihil est quod possit me de cetero à DEO separare, gratia eius mediante. Hac autem omnia supra dicta audivi mihi dici à DEO, mirabili locutione quam possim ego ipsa referre. Dicitur est etiam mihi, quòd prædictum inenarrabile manifestare DEI, est illud bonum, quòd Sancti habent in vita æterna; nec id bonum est aliud à prædicto, sed est ibi alia experientia, & tantum diversa ab illo quòd prædictum est, quòd minor Sanctus, qui minus habet in vita æterna, habet plus quam possit dari alicui animæ existenti in hac vita ante mortem corporis: & dico quòd anima mea in illo inenarrabili manifestare DEI hoc intellexi.

Non minori claritate ac distinctione eadem B. Angela divinitus edocita Cap. 52. ubi supra, agit de hac unione ac manifestatione DEI alicui in spiritu sanctissimarum animarum. Sciendum est igitur, inquit, quòd venit DEUS in animam quantumque non vocatus, nec deprecatus, seu rogatus ab ipsa; & ponit in anima unum ignem, unum amorem, unam suavitatem aliàs inconventiam, in qua multum delectatur & gaudet, & credit, quòd hoc sit à DEO ibi præsentanter operante; tamen hoc non est certum. Item cognoscit anima DEUM esse in ea: quia quamvis non videat ipsum esse in anima, videt tamen gratiam suam esse in anima, in qua multum delectatur.

Sed

Sed adhuc remanet aliquod dubium, quamvis sit parvum. Adhuc enim anima perfectè nec ex toto est certa, si DEUS est in anima, quia tales locutiones etiam cum sentimentis possunt fieri ab alio spiritu. Remanet enim dubium sibi, & videtur mihi quòd hoc accidit, aut propter multam malitiam & defectum ejus, aut propter DEI voluntatem, quia DEUS non vult eam facere magis certam, nec securam. Certificatur autem anima quòd DEUS est intus in ea, quando sentit eum aliter quàm consuevit, & sentit eum notabili & duplicato sentimento, & cum tanto amore & igne divino, quòd aufertur ei omnis amor animæ & corporis, & loquitur, & cognoscit, & intelligit ea, quæ nunquam audit ab aliquo mortali, & intelligit ea cum magno lumine, & est ei maxima pœna tacere illa, & si tacet, tacet propter zelum, ne displiceat amanti, & non scandalizet; & propter humilitatem, quia non vult dicere ita altissima, ne noceat.

Item, in isto sentimento, quo anima certificatur quòd DEUS omnipotens est in ea, datur animæ una perfectè velle, quod concordat in hoc tota anima veraciter, & in omnibus, & omnimodè, & concordant cum anima omnia membra corporis, & sunt unum cum anima veraciter, nec repugnant voluntati ejus, & vult perfectè ea, quæ DEI sunt, quæ tamen antè veraciter non extitit volēbat. Et istud velle datur per gratiam, in quo cognoscit anima DEUM omnipotentem esse in se, & dat ei securitatem. Datur enim animæ, velle DEUM & quæ DEI sunt veraciter, ad similitudinem amoris veracis, sicut DEUS dilexit nos; & sentit anima quòd DEUS immensus est mixtus secum, & fecit societatem cum ea.

Item, quando venit altissimus DEUS ad animam rationalem, quandoque datur ei, ut eum videat; & videt sine forma corporali in se, & videt eum clarius quàm possit homo mortalis videre alium hominem mortalem: oculi enim animæ vident unam plenitudinem spiritivalem, non corporalem, de qua non possum aliquid loqui, quia deficiunt verba & imaginatio. In illo autem videre, delectatur anima delectatione ineffabili, & tunc anima ad nihil aliud respicit, nisi ad illud: est enim id quod replet animam inextinguibiliter. Et istud respicere & videre, quo sic videt DEUM omnipotentem, nec aliud potest respicere, est ita profundè, quòd doleo, quia nequeo aliquid manifestare; non enim est res tangibilis, nec imaginabilis, sed est inestimabilis.

Adhuc cognoscit anima, quòd DEUS est in ea, sine dubio multis modis, de quibus dicamus duos. Unus est, una unctio, quæ ita renovat animam, & omnia corporis membra reddit mansueti & concordantia cum anima, quòd non potest tangi vel ledi ab aliquo, quo turbari possit anima in modico, & sentit & audit quod loquitur ei DEUS. Et in ista tanta & omnino ineffabili unctioe intelligit anima certissimè & sine dubio, quòd DEUS omnipotens est in ea. Illud enim non potest facere aliquis Sanctus de paradiso, nec aliquis Angelus de paradiso: sed est hoc tam ineffabile, quòd multum doleo, quia non possum aliquid dicere in comparatione: & DEVS mihi parcat, quia hoc non facio libenter; quia ex toto corde libenter manifestarem aliquid de bonitate ejus, si possem, & ei placeret.

Alius modus quo anima rationalis cognoscit DEVM omnipotentem esse intus in se, est una

amplexatio, quam facit DEUS animæ rationali; quia nunquam pater nec mater filium, nec aliqua persona alia cum tanto amore amplexari potest aliam personam, sicut DEUS omnipotens amplexatur animam rationalem. Cum tanto enim amore Dominus noster JESVS Christus indicibiliter amplexatur & stringit animam rationalem ad se, & cum tanta dulcedine & suavitate, quòd non credo quòd aliquis homo de mundo possit dicere, nec exprimere, nec credere expertus; & quam vis possit forsitan aliquis credere aliquid, non tamen eo modo.

Apporat enim Jesus Christus in animam amorem suavissimum, quo tota ardet in Christo; & apporat secum unum lumen tam magnum, quo intelligit tantam plenitudinem bonitatis DEI omnipotentis quam probat in se, quòd multo plus intelligit, quàm experitur in se, & tunc assecuratur & certificatur, quod Jesus Christus est in ea: sed nihil dicimus de omnibus istis in comparatione ad ea quæ sunt. Tunc autem anima non habet lacrymas, nec lætitiæ, nec doloris, nec aliquis alterius generis, nec alterius status; multo enim minor status est quando anima habet lacrymas lætitiæ.

Item apporat Deus secum in anima tantam superplenitudinem lætitiæ, quòd anima nescit plus petere, nisi duraret, hic haberet unum paradysum: & hæc lætitiæ refultat & redundat in omnibus membris corporis & omnis injuria quæ inferretur vel dicitur, habetur pro nihilo, & efficitur dolens; & propter talem alterationem factam in corpore, aliquando non potuit latere sociam meam, neque alios, quia aliquando efficitur, ut dixit mihi sociam meam, resplendens, & tota rubicunda, & oculi mei lucemes ad modum candelæ; aut palida, quasi si fuisset mortua, secundum varietatem visionum & revelationum.

SS. VIRGO TERESIA.

Non obscure hanc unionem cum ipso DEO, SS. Virgo Materque nostra TERESIA, ex his, quæ de vna patiens didicerat, aperè docet in lib. *Castelli anime, Mansi 5. cap. 1.* dicens: *Postquam DEVS animam reddidit insipientem, sive alienam à sensibus, ut altiori modo fiat participes vera sapientia, ita ut pro illo tempore, quo ecstasim patitur, quod est brevissimum, nec videt, nec audit, nec intelligit, ita DEUS ipse affigitur & inheret interiori illius anime parti, ut ad se ipsam revertere omnino sit certa DEUM in se, & ipsam in DEO fuisse: & hæc veritas ita firma & stabili ei inheret, ut etiam si nunquam amplius similem à DEO gratiam recipiat, nusquam tamen obliviscatur. Dices, Quæ ratione anima nostra DEUM vidit, aut intellexit, si in hac unione, ut dictum est, nihil videt, nec intelligit? Respondeo, me non dicere, quòd in unione ipsa tunc videat DEUM, sed quòd transacta unione aperè videat DEUM in ipsa fuisse, non quòd ista sit visio, sed potius quædam certitudo, quæ in animam anet de illo contractu, sive unione, quam certitudinem solus DEUS potest insunderere anime. Prætereà, hæc certitudo non est alicujus rei corporalis, sicut illa quam habemus, quòd Corpus Christi sit in Eucharistia, quamvis illud non videamus, sed est quædam certitudo Divinitatis: & illud in quo hæc certitudo non manserit, verè affirmarem non pervenisse ad perfectam unionem.*

Item *Mansion. 7. cap. 1.* sic ait: *Tandem enim DEUS incipit misereri afflictionum & laborum quos anima, quam*

Legend. Commēt. in hoc cap. 5. M. Teresia nost. Balthaf. à S. Cath. & ab eo ibid. cita. i. B. P. Joan. à Cruce, Joan. & Joseph à JESU MARIA, a. lique è nostris.

Quid exister hæc unio & manifestatio Dei in anima.

Duo modi exponitur, quibus Deus est in anima.

comprehendo vellem quod sit in terra e excellensissima e imploratio, & nobilitas, & um statum felicitate DEI impet noviter aliquid in se habet. Sed in anima mea, esse ario fuisse, nobilitatis & aliter cogitatio credens, quod ad se sum, pœna mea non potest. Uideat e circumscripsi, ipsam, quanto decorem suum comitipum. ma ut se DEO dicitur portat. e DEO cum sum f. emi excellensissima & tam claro, gere in anima. hinc habet cum & habet peccat. hinc mihi hinc nolo quod

Vid. jam quam spiritaliter sibi in sponsam elegit, passa est propter amorem suum, antequam celebretur & consummetur matrimonium spirituale (quod licet in hac vita ingens sit donum, non tamen ex omni parte perficitur, quia in hac vita à DEO semper separari potest) eam in sua mansione collocat, qui eodem modo ac in celo, in anima propriam mansionem in qua ipse immoretur sibi eligit: non autem divina Majestas, sicut antea in raptibus presatus collocandam assumit: quia etiam si verum sit, quod in ipsis, ac etiam in oratione unionis prelibata hanc mansionem praecipuat DEVS ac tunc animam secum copulat: non tamen anima visum est vocari ad hoc, ut centrum suum, ac si alia esset; sed tantum partem superiorem ingrediatur. At parum refert, an hoc fiat uno vel alio modo: illud scitu dignum erit, magnum videlicet inter spirituale matrimonium & sponsalia discrimen versari, sicuti versatur inter sponfos, & eos qui ab invicem separari nullatenus possunt. Has apponit comparationes, non ideo, ut hic aliqua de corpore detur recordatio eodem modo ac si anima in illo non esset; sed tantum in solo spiritu, ac multo magis in spirituali matrimonio, quoniam in interiori centro anime hoc aeterna uno celebratur, ubi DEVS ipse perpetuo inhabitat.

Sic igitur primum discrimen erit, quod in raptu siue unione potentia suspenduntur, anima caca ac mu-

ta remanente, nec percipere valet, qua vel qualis sit gratia qua fruatur, quoniam ingens illa delectatio (de qua supra mentio facta est) quam anima experitur, quando conspiciat se adiacere DEO: ac cum iam ipsi copulatur, nihil penitus sentit, cum potentia omnes deperdantur. Hic valde diverseres se habet; vult siquidem ibi Dominus DEVS squammas ab oculis crederet, & ut de gratis & donis ab ipso collatis aliquid anima & videat & intelligat; etiam si id modo mirabili fiat, eo quod in hac mansionem (in qua DEVS per matrimonium copulatur) constituta visione intellectuali per modum representationis veritatis, SS. Trinitas, tres quoque persone eidem manifestantur cum quadam inflammatione, qua prius spiritum ejus ad similitudinem perlucidissime nubis perlustrat, ac admirabili quadam notitia unius substantia, unius potentia, unius sapientia ac unius Divinitatis tres personas esse cognoscit: & ita id quod sile intelligimus, ibi anima, ut ita dixerim, visu percipit; non tamen oculis corporeis hac visio efformatur, cum non sit imaginaria visio: neque hoc tantum: sed ibi tota tres persone ei communicantur, eamdem alloquuntur, ac Evangelii verba, (Et Pater meus diligit eum, & ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus) eidem experientia ipsa manifestantur.

SECUNDA PARS.

Unionis fructiva essentia & modus, quo tam ex parte DEI, quam ex parte anima, atque eius operationum contingit, exponitur.

CAPVT X.

De supremo ac ineffabili Unionis fructiva gradu, in quo DEVS anima se manifestat, & ipsa DEO aeterno tactu amplexuque conjungitur.

SPIRITUM humanum immediate DEO per amoris vinculum conjungi, & quodammodo Deificari, superioribus capitibus patim, ruditer tamen Minerva, docuimus, ac factatum Scripturarum & Patrum testimonium plenius corroboravimus. Restat jam ut clarus & apertius supremam illum Unionis fructivae gradum explicemus, in quo DEVS per illapsum ineffabili modo amplexum mentibus se manifestat, ac amplexu quodam divino animam adstringit ac deosculatur, & converso illa DEUM per gustum & tactum spirituales percipit, atque suavissimè amplexatur. Res tanè difficilis, & humana, imò & Angelicæ linguae ineffabilis, Jure enim merito, gravissimi Patre, hanc cum DEO arcanam per amoris contactu unionem, ineffabilem prædicarunt. S. Augustinus lib. 83. *Questionum, quasi. 61. in fine;* & *Tract. 7. in Ioan.* docet fieri ineffabili & incogitabili modo. S. Bernardus in *Epist. ad Fratres de monte Dei, in fine* ita inquit: Hoc ergo ineffabile, id est, hoc vinculum amoris, cum non nisi ineffabiliter videatur, qui vult videre, cor munder, &c. S. Thomas *Opusc. 60. grad. 7. appetit a seculum ineffabile, quia divinarum affectionum altitudo guttati potest, exprimi verò nequit.*

Multa sunt quae Unionem hanc mysticam, siue

tantum DEI arcanum, intellectu difficilem ac inexplicabilem reddunt. Primum, Quia ratione DEVS in hac vita ita menti ille abatur, ut se manifestet, ac tangendum siue deosculandum præbeat, & tamen eum intellectus intuitivè ac clarè cernere nequeat. Secundò, Qualiter fieri possit, ut anima per gustum & tactum DEUM clarè percipiat, ac voluntate ipsa immediate pangatur. Tertium, ut fieri queat, hanc ineffabilem unionem in voluntate potius quam in intellectu contingere. Hæc & plurima alia, quæ ingentem in hac materia obscuritatem præferunt, ut extra explicemus, quædam observabimus, quibus viam ad hujus felicissimæ Unionis naturam facilius percipiendam, Spiritu sancto propitio, aperiemus.

PRIMA OBSERVATIO.

§. I.

DUM Unionem fructivam & arcanam investigamus, non illam, quæ per habituales gratias, nec quæ per actuales amorem etiam ecclasticum & finitivum, cujus supra Cap. 6. tres gradus prænotavimus; sed illam tantum inquirimus, quæ omnibus aliis eminent, in qua DEVS Sanctorum mentibus illapsus, per tactum & amoris amplexum suavissimum percipitur, qui talis dicitur Cognitio experimentalis DEI per gustum. Nam, ut præclare annotavit D. Bona ventura in *Diat. salutis, titulo 6. De donis, cap. 3. Differunt donum Intel-* In quo differunt

In quo differunt

domm
in elle
ans, &
donum
sapien-
tia.

io specularia, & quasi cognitio per visum; sapientia
vero est cognitio experimentalis & practica, & quasi
cognitio per gustum. & ideo superior est sapientia,
quia intellectus tantum dicitur cognitionem vel visio-
nem. Sapientia supra cognitionem dicitur delectatio-
nem. Et nota quod intellectus foris stat, sapientia vero
per affectum intrat, & ipsas delicias suggerit. Unde
dicitur Psal. 33. Gustate, & videte, quoniam suavis est
Dominus. Gustare ad sapientiam pertinet, sed videre
ad intellectum; quia quod intellectus acute invenit,
sapientia ad spiritualium delectationem convertit.
Hac D. Bonaventura. Et Cap. sequenti, ubi supra,
Donum, inquit, sapientia est donum splendidissimum
instar lucis, & sapidissimum instar mellis; non solum
sicut mel, sed plusquam mel. Ad hoc Dono (ut mul-
ti probabiliter voluerunt) procedit haec Vnio,
quae praecipue consistit in notitia sapientia & ex-
perimentalis, per tactum sive gustum ipsius DEI.

SECUNDA OBSERVATIO.

§. 2.

Experimen-
talis
Dei no-
tia quod
sit, & in
quo con-
sistat.

Cum Vnio ista fructiva sit perceptio sive noti-
cia experimentalis DEI, non erit abs te praemittere quid ut ista experimentalis notitia si-
perceptio, per quam voluntas dicitur DEVM
experimentaliter per amorem cognoscere. Experi-
entia, ut praclare in hoc proposito adnotat
D. Bonaventura l. 10. c. 6. distincta. Idem est quod no-
tia. Unde experientia videtur esse objecti cuiuslibet
potentia praesentis actus & notitia. Actus enim vi-
tales attingunt sua objecta active, vel passive, vel utro-
troque modo (secundum quosdam) alia potentia non
fieret in actu. Unde si omnes homines dicant mihi hoc
esse dulce, per hoc non habeo notitiam experimen-
talem de illo, etiam quantumcumque probent per ratio-
nes; sed opinionem, vel fidem, vel scientiam possent ha-
bere; sed si gustus meus attingit gustabile, vel attingi-
tur ab illo, tunc habeo notitiam experimentalem illius.
Similiter est de gustu interiori, & alius sensibus spiri-
tualibus. Unde si ego lego, vel audio ab aliquo, quod
dulcis sit Dominus, propter hoc non habeo notitiam
experimentalem de hoc, nisi gustus spiritualis attinga-
tur ad dulcedinem divinae, ut dicit cum sponsa: Fructus
ejus est dulcis gutturi meo, ubi loquitur de gustu spiri-
tualis & experimentalis, ut patet in Glossa. Et ista no-
tia experimentalis perfectissimorum est. Unde dicit
Bernardus: Quidquid de tuis occultis scimus, o Domine
IESU, aut Scriptura docente, aut te revelante, aut
certe quod perfectissimorum est, gustando didicimus,
id est experientia.

Quare merito divinus amor, quo DEVM ex-
perimentaliter percipimus, Notitia à S. Gregorio
Homil. 7. in Evang. nominatur, c. 1. s. etiam senten-
tia adhaeret S. Thomas 2. 2. quae. 172. art. 4. ad 2.
& S. Augustinus loquens de DEI luce inaccessi-
bili, lib. 7. Confess. cap. 17. ait: Qui novit veritatem,
novit eam; & qui novit eam, novit aeternitatem. Cha-
ritas novit eam. Idem Augustinus, apud Richardum
cap. 3. de Gradibus charitatis: Amor vehemens non
potest non videre quem amat, quia amor oculus est, &
amare, videre est: id est, percipere & gustare rem a-
matam. Est enim experientia nihil aliud, quam
rei perceptio simplex causata immediate ab obje-
cti motione. Itaque sufficit ad hanc perceptio-
nem praesentia objecti cum potentia perceptiva,
remotis impedimentis. Si enim color obicitur
visui, sufficit ad visionem per solam impedimen-
torum ablationem, ut quod oculus non sit clau-

lus, nec excacatus, nec aliter impeditus, sic est de
auditu respectu soni, & de gustu respectu gusta-
bilis, & de tactu & olfactu suo modo. Eodem
quoque modo judicandum est de sensibus in-
terioribus; sunt enim in homine non tantum exte-
riores sensus, sed interiores, quibus spiritualia & in-
telligimus & gustamus. Plenius id Observazione
tertia aperiemus.

Inter hanc animae spiritualium sive extero-
rum sensuum perceptionem est magnum dulci-
men: nam reliqui sensus externi, excepto tactu aut
gustu, suis objectis conjunguntur aliquo modo complu-
interveniente, ut visus, auditus, odoratus, qui im-
mediate non percipiunt sua objecta; tactus vero dirigitur
sine ullo medio (ut doctores sentiunt Philosopho-
rum) objectum tangibile percipit; licet per acci-
dens aliquando contingat extrinsecum medium
intervenire. Idem etiam censent de gustu. Quare
si sensus, quantum ad perceptionem suorum ob-
jectorum immediatam, alios excellent, Idem
quoque evenit in tactu & gustu interiori animae,
in quibus DEVM ipsum per affectum tangi-
mus, quando praesens est voluntati, & suaviter e-
jus dulcedinem degustamus. Horum spiritualium
sensuum discrimen optime explicavit D. Tho-
mas in illa verba Psal. 32. Gustate & videte, quoniam
suavis est Dominus. Experientia, inquit, de re
sumitur per sensum, sed aliter de re praesente, & aliter
de re absente; quia de absente per visum, odoratum,
& auditum; de praesente vero per tactum & gustum;
sed per tactum de extrinseca praesente, per gustum ve-
ro de intrinseca. DEI autem non longe est à nobis,
nec extra nos, sed in nobis. Jerem. 17. Tu in nobis es
Domine. Et ideo experientia divina bonitatis dicitur
gustatio: 1. Petri 2. Si tamen gustatis, quam dulcis
&c. Prov. ultimo: Gustavit, & vidit quoniam bona
est negotiatio ejus. Effectus autem experientia ponitur
duplex. Vnus est certitudo intellectus, alius securitas
affectus. Quantum ad primum, dicit: Et videte. In cor-
poralibus namque prius videtur, & postea gustatur;
sed in rebus spiritualibus prius gustatur, postea autem
videtur: quia nullus cognoscit qui non gustat, & ideo
dicit prius, Gustate, & postea, Videte. Haec utique D.
Thomas.

Unde non difficile erit intelligere, quid sibi
velint Doctores Mystici, cum affirmant Vnio-
nem fructivam esse perceptionem sive notitiam
DEI experimentalem per affectum: quia cum per
hanc Vnionem DEVS sit praesens menti nostrae,
ac in eam per aplexum divinum illapsus, volun-
tas per amorem fructivum ac per contactum ar-
canum DEVM percipit, ac immediate degustat.
Quare haec unio est subtilis DEI sensus, ac ejus
experimentalis notitia, per quemdam DEI ta-
ctum ac suavem degustationem.

TERTIA OBSERVATIO.

§. 3.

Cum ista Vnio fructiva sit perceptio sive noti-
cia experimentalis DEI, non abs te erit praemittere, quibus
suis experimentalis notitia esse dicatur: sane haec no-
tia in homine non tantum exteriore sensu: quibus
sensibilia externa percipimus; sed & interio-
res, quibus spiritualia & intelligimus, & gustamus,
de quibus optime S. Bonaventura, secutus Au-
gustinum libri de Spiritu & anima, in lib. de Septem
itinere aeternitatis, sic ait: Cum homo consistet ex car-

Duplex
experie-
ntiae effe-
ctus, di-
videtur in
spiritua-
libus ac
corpora-
libus.

Experimen-
talis
quid sit.

ne & anima, & in carne sint quinque sensus, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus & tactus, quos tamen non movet absque anima societate; ita anima similiter habet quinque sensus suo modo: quia spirituales res non corporalibus sensibus, sed spiritualibus rimande sunt. Et sequitur: Vnde divina vox in Deuteronomio, ait: Videte quia ego sum DEVS. Ecce spiritualis visus. Et in Apocalypsi: Qui habet aures, audiat quid dicat Spiritus Ecclesie. Ecce spiritualis auditus. Et in Psalm. Gusta e & vide, quoniam suavis est Dominus. Ecce spiritualis gustus. Et Apostolus: Bonus odor Christi sumus. Ecce spiritualis olfactus. Et in Evangelio fide mulierem se retigisse magis quam corpore ostendit, dicens: Quis me tetigit? Ecce spiritualis tactus. Et sequitur: Sic modo cum omni cautela servandum est, quid ad corporis sensus, & quid ad anima dignitatem pertineat. Hac ille.

Experientia spiritualis quomodo acquiritur.

Ex his plane patet, quod sicut experientia corporalium fit sensibus corporalibus, ita experientia spiritualium fit in mente spiritualibus sensibus. Eodem etiam modo de his sensibus interioris loquitur Bernardus lib. de Amore Dei cap. 6. Sicut corpus habet suos quinque sensus, quibus anima conjungitur via mediante, sic anima suos habet quinque sensus, quibus DEO sive eternis conjungitur mediante charitate. Quare Apostolus ad Rom. 12. dicit: Nolite conformari huic seculo, sed renovamini in novitate sensus vestri, ut probetur (id est, experimento sciat) qua sit voluntas DEI bona, beneplacens, & perfecta. Et infra cap. 19. inquit: Sicut omnes sensus corporis, scilicet auditus, visus, odoratus, & tactus, sine sensu gustus infirmantur & hebetantur in operationibus suis, sic ante adventum IESU Mediatoris omnes sensus nostri spirituales languent propter absentiam gustus spiritualis, vel sapientialis, qua necdum fuit incarnata, nec quasi gustata; à cuius gustu quando duritius abstinemus, tanto sensus interiores magis deficiunt vel infirmantur in actibus suis circa aeterna.

QVARTA OBSERVATIO.

Quia sepe præmissimus, hanc Unionem esse notitiam experimentalem, qua DEVM attingimus per gustum & tactum interiorum ac experientialem, scire etiam oportebit ex Hugone de S. Victore, in lib. de Arca Noë, quod DEVM attingere, est semper per desiderium eum querere, per cognitionem invenire, & per gustum tangere. Vnde istius attingentia tres inveniuntur gradus. Primus est, quo DEVS per desiderium queritur, quamvis non attingatur DEVS ut desideratur, & secundum aliquid non habeatur, tamen necesse est ut etiam secundum aliquid præsens habeatur, alias non desideraretur; dicit enim Gregorius: Profecto qui DEVM desiderat, jam habet quem amat. Secundus gradus, quo DEVS attingitur, est, cum per cognitionem invenitur, sed attingentia manet imperfecta, nisi id quod præsens est cognitioni, fiat præsens voluntati amantis. Quare Tertius gradus, quo DEVS attingitur, est, cum DEVS per amorem tenetur & amplexatur. Vnde August. 9. de Trin. cap. 8. dicit, quod voluntas habet unum proprium actum, qui est actus tenendi sive amplexandi, & quasi possidendi, quos actus non potest habere intellectus: nam possessio non est intellectus cognoscens, sed voluntatis habentis; sicut sanus sanus non est Medicus cognoscens, sed sanus eam habens. Hac Hugo.

Triplex gradus Deum attingendi assignatur & declaratur.

Ex precedenti consideratione consequens fit, quod voluntas amore divino affecta, aliquando in hac unione altius caput efferat quam intellectus, ac ad altiorum gradum Deoque propinquior emersit, ubi intellectu excellit effecta, arcano & mirabili modo et sociatur in quadam prorsus celsitudine, ad quam intellectus nequit se attollere, ubi non tam visum, quam mystico tactu DEVM ipsum attingit; & gustu quam dulcissimo percipit in gradu quodam sublimi, ad quem intellectus nequit conscendere.

Sed quamvis voluntas erigat se supra intellectum, & intret eò, ubi intellectus non potest non tamen dicitur tum amare absque illa intellectus operatione. In qua re quamplures Mystici fuerunt decepti, existimantes voluntatem in illo gradu, in quo intellectum excedit, posse DEVM sine cognitione prævia intellectus diligere: nescientes distinguere inter hoc, quod est, voluntatem amare cessante omni intellectu operatione; & hoc quod est, voluntatem suo acumine intrare quod intellectus non intrat; quia primum pertinet absolute ad actum voluntatis, quem constat non posse absque intellectu cognitione consistere. Secundum vero, ad modum sive intentionem actus refertur, qui in eo consistit, quod voluntas amaret, ardentius amet, & in immensum amorem cum suo objecto, quam intellectus hoc ipsum cognoscit aut peneret. Quare merito D. Thomas 1.2. quest. 27. art. 2. ad 2. alterius, posse plus voluntatem amare, quam intellectus valeat intelligere. Hac etiam fuit sententia Abbatis Vercellensis, & Lyonconensis apud D. Bonaventuram l. 1. c. 5. aternit. dist. 5. quam etiam tenet ibi Bonaventura, & in 2. Sent. dist. 2. art. 2. quest. 3. ubi sic inquit: Amor secundum Bernardum multo plus se extendit, quam visio.

Obvia est passim hæc doctrina apud D. Bonaventuram plenius tamen quam alibi l. 1. c. 5. ubi supra, eam explicavit, dicens: Ex his igitur patet plane, quod actus dilectionis excellit & præcedit actum cognitionis intellectuales in aliquo gradu. In quantum autem eum excellit, in tantum eum excedit attingendo DEVM in aliquo gradu dilectionis, ad quem actus intellectualis extendi non potest, quia superintellectualis est, saltem in hac vita, quia in patria videbimus DEVM sicuti est, ut dicit Ioannes. Nec obstat quod dicit Augustinus, Incognita nequaquam possunt amari; quia est notitia aliqua non intellectus, sed affectus seu experimentalis, ut statim patebit. Cum prædictis concordat Hugo Commentator Dionysii, dicens sic: Intelligas quantum est vis veri amoris & dilectionis si tamen intelligi potest, quoniam dilectio supereminet scientiam, & maior est intelligentiâ; plus enim diligitur, quam intelligitur. Intrat dilectio & appropinquat, ubi scientia foris stat. Et reddat rationem: Quia amor, inquit, præsumens & confidens amato, suo acumine penetrat omnia, impetum sequens ardentis desiderii sui: nec dissimulare valens, donec ad amatum perveniat, & eo ipso amplius adhuc sitiens intrare ipsum, & esse cum ipso, & esse tam propè, ut si fieri possit, hoc idem ipsum sit quod ipse. Ecce expressè dicit, quod verus amor DEI unit DEO immediatius quam intellectio, & quod intellectus non capit: sic ergo talis notitia affectualis est superior intellectuali. Cum huic concordat per omnia Vercellensis.

Vid. cap. 2. dist. 6. lib. 7. Theol. Thom. 1.2. quest. 27. art. 2. ad 2. Sent. dist. 2. art. 2. quest. 3. ubi sic inquit: Amor secundum Bernardum multo plus se extendit, quam visio.

Thom.

Oper. Spirit. II

tenis super Cant. dicens, quod affectus & intellectus simul coambulant usque ad novissimum defectum intellectus, ubi habet sua cognitionis & sui luminis consummationem. affectus autem adhuc continet principalem in DEVM suspiria, suprintellectuales extensiones & immisiones, fervidos fulgores & fulgidos seriores, ad quarum omnium sublimes excessus & excedentes sublimitates intelligentia trahi non potest, sed solum principalis effectus DEO visibilis. Hæc D. Bonaventura.

SEXTA OBSERVATIO.

§. 6.

AMOREM esse vim unitivam, S. Dionysius lib. 4 de Divin. nomin. iure docuit, cuius sententia subscribens D. Augustinus 8. de Trinit. cap. 10. Amor est, inquit, quasi iunctura quadam, duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet & amatum. Quæ verba D. Thomas 1. 2. quæst. 27. art. 2. ita explicat, ut illud verbum copulans referat ad unionem affectus, sine qua non est amor; illa verò, copulare appetens, ad unionem realem amantis cum re amata. Quare S. Thomas ibidem amoris perfecti naturam exponens, inquit: Amor non requiritur, non est contentus superficiali apprehensione amati, sed intendit rem amatam perfecte habere. Quare perfecti DEI amatores, et dilectione, quæ in affectu consistit, minime contenti, ad realem cum DEO unionem continuo aspirant, ut præclare S. Macarius Homil. 10. exponens illa verba Eccl. 2.4. Qui edunt me, ad huc esuriens; & qui bibunt me, ad huc sitient. Porro, inquit, anima, quæ DEVM vere Christum colit, etiam in infinita iustitia opera ediderit, ita se habet, perinde ac si nihil egisset, propter inexhorabile desiderium quod habet erga Dominum; quæ licet jejuniis, aut vigiliis corpus consumpserit, ita affecta est, ac si nondum quidquam agere cepisset quod ad virtutes pertinet. Et si varia Spiritus charismata, aut revelationes ac mysteria cælestia consequi meruerit, propter immensam & insatiabilem erga Dominum dilectionem, ita se gerit apud se, ac si nihil adhuc obtineret; sed quotidie esuriens ac sitibunda, per fidem & charitatem perseverans in oratione, immo dicit ad mysteria gratia. & ad omnium virtutum gradus aspirat, cælesti Spiritus amore vulnerata, ardenti desiderio erga sponsum cælestem (per gratiam, quæ prædita est) agitata; desiderans habere perfecte mysticam & arcanam cum eo societatem in sanctificatione Spiritus, revelata anima facie, fixis semper oculis intuens sponsum cælestem facie ad faciem, beneficio spirituali & ineffabili luminis in eo per dulcedinem fidei plene demersa, configurata morti ipsius, præ summo desiderio, quo perpetuo sperat pro Christo mortem oppetere, confidens sine dubio per gratiam Spiritus se plene liberatam iri à peccato, & tenebris affectionum, ut purificata per Spiritum, & anima & corpore sanctificata, yas purum evadere mereatur, ad suscipiendam cælestem unionem, in quo manere digne tur cælestis ac verus Rex Christus.



Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

De modo, quo hæc fruitiva fit Visio, tam ex parte DEI, quam ex parte animæ.

Dionysius Carthusianus, exponens illa verba Job 36. In manibus Deus abscondit lucem, & præcipit ei, ut rursus adveniat, mutuat hanc cooperationem inter sponsum & sponsam, cum archissimo amoris nexu vincuntur lib. de Fonte lucis, art. 16. præclare sequentibus verbis describit: Hic DEUS sublimis cum viderit mentem hominis spiritali celo iustitia penetratam, charitate flammigeram, puritate ac omni virtute fulcentem, ad divina fortiter aspirantem, mox dignantissime exuberantissime, amorose ac frequentissime ei occurrit, succurrit, ac cooperatur, seque ei communicat, manifestat, infundit, eam ad se elevat, intra se rapit, deosculatur, amplectitur, atque se ei intuendum, gustandum, frandum offert ac exhibet, habetque complacentiam magnam in ea, & tanquam amicam ac sponsam apprehendit, fecundat, & sibi astringit; eandem lucem quoque, quam in manibus suis tenet absconditam, ei propalat ad horam, aut horulam, prout sibi omnium sapientissimo moderatori placuerit.

Declaratur operatio Dei in anima.

Et infra: In quo lucis hujus reditu annuntiat DEUS per allocationem internam dilecto (homini bono scilicet, cum quo tam gratiose operari dignatur) quod lux ista possessio ejus sit, ita ut eam possit stabiliter possidere; & si ad horam amisit eam, ad eam rursus recuperandam possit ascendere, & per eam ad lumen gloriæ pervenire. Insuper lucem contemplationis theoreticæ, ac mysticæ radium visionis tenens DEUS in manibus, eandem lucem pulcherrime radiantem ad libitum suum menti purgatam nunc pandit & infundit, nunc retrahit & abscondit: sicque lux ista venustissima ad tenentis DEI arbitrium lateat ac patet, & nunc copiosius clarisque insulgens, nunc minus.

Et post pauca: Etenim in hac profundissima contemplatione, gratia DEI præveniens ac perveniens se ipsum perstringit amantem, & eripit eum illi, infigitque sibi, atque, ut horum expertus ait S. Bernardus, rapit eum in diem, qui est à tumultu rerum ad gaudia silentii, hoc est in splendorem clarissimum lucis supremæ, in quo ab omni profusio desiderio carnalium, inquietorum phantasmatum, fluctuantium cogitationum suaviter conquestus, obdormiens in dilecto: sicque pro modulo suo ad momentum & punctum id ipsum ostenditur ei videndum sicuti est. Inter hæc namque DEUS efficit ipsum in id ipsum, ut sit ipse pro modulo suo, sicut & illud est. Tunc plerumque osculo Patris & Filii medium invenit se contemplator hujusmodi.

Hactenus, quid DEUS efficiat in anima, Dionysius Carthusianus breviter declaravit; jam quid mens nostra tam præclaro lumine præventa ac medullitus penetrata operetur, egregie proficitur, dicens: Cumque hanc lucem Omnipotens menti ostenderit, mox mole magnitudinis sua, actualitate ac excellentia maiestatis, perfectionis, ac luciditatis sua immensa, mensam in momento, in istu oculi, in puncto, sic dulciter, non violenter vincit & opprimit, ut ipsa desinat atque deficiat à seipsa, & victa amore, ac stupens præ admiratione ejus quam contemplatur maiestati ac claritati immensa, præ Deitatis quam cernit deliciosissima serenitate, nesciat de seipsa. Sic quidam repente tarsi vultu illustratur ac inflammatur, ut prorsus succumbens, vires & sensus corporales amittat. Tunc mens in increa-

Et ipse animæ cooperatio.

D d

sa

ra lucis secretum inducitur, in infinita lucis abyſſo demergitur, in aeterna felicitatis oceano raptâ deperditur, in aeternâ igne immenſi revoluta comburitur, atque in ſupervolantiſſima ac ſuperplaniffima ſolitudinâ impertransibili & immenſa amplitudine ſecuriſſimè errat, ſelictè deviat, perdens ſeipſam, neſciens ubi, vel quando. Verùm in hac intuitione tranquilliffima ac Cherubica, mens humana ut plurimum non diu deſigitur, ſed DEVS lucem, quam paulò ante inſundit, retrahit & abſcondit in manibus, atque poſt modicum denuò præcipit ei, ut menti adveniens oriatur, majore nonnunquam cum claritate quàm ante. Qua luce menti ſubgente, mens iterùm intus ſplendet, igneſcit, alteratur, miratur, opprimitur, deſicit. Tuncque DEVS amentis immenſa annuntiat de ea (hoc eſt de luce iſta, quam paulò ante abſcondit in manibus) electio ac dilectio (ſervido ſcilicet amatori) quod poſſeſſio ejus ſit. Hac Carthufianus.

Sed ut clariùs tam ex parâ DEI, quàm animæ, operationes in hac Vnionè intervenientes explicemus, necelle erit, ut omnibus plenius conſtare poſſit quid hæc Vnio arcana & divina ſit, ſciè, voluntatem noſtram non poſſe immediatè & perfectè DEVM attingere, & per dulciſſimum amoris amplexum ei uniri, niſi priùs DEVS animæ potentis illabatur, ac eis intimè præſens fiat. Pro hujus verò divini illapſus declaratione meminiffe oportet ea, quæ ſuperius, dum de Spiritu ſancti miſſione ſive illapſu ageremus, latiùs annotavimus; nempe, DEVM non ſolum ratione immenſitatis, ſed & ratione gratiæ habitualis ſecundùm ſuam eſſentiam in eſſentia animæ reſidere, ac cum eo animam juſti charitatis vinculo immediatè eſſe conjunctam, quæ unio nequit hominem in hac, nec in futura vita plenè beare: quare opus eſt, ut DEVS ipſe quaſi latens & abſconditus in animæ fundo, animæ potentis ſe communicet, oſtendat, ac revelet, utiendi ſe illis immediatè in ratione objecti. Iſta autem manifeſtatio DEI, ſive oſtenſio faciei ſuæ, illapſus dicitur, quia DEVS illabitur potentis, præcipuè voluntati, objectivè oſtendendo ſe illis in ratione ſummi boni: & quàmvis iſte illapſus in gloria ſit perfectiſſimus, quia DEVS perfectè & diſtinctè, ſive intuitivè intellectu Beatorum videndus proponitur, in via tamen, licet non ita clarè & perfectè à noſtro intellectu comprehendatur, videtur & cognoscitur (quantum in hac vita permittitur) ſub ratione immenſæ lucis: à voluntate verò perfectiſſimè attingitur, ac arcana nexu apprehenditur, quia voluntas, ut ſuprà præmiſſimus, aliis intellectu ſe erigit, ac immediatius quàm ipſe intellectus DEO unitur. Hæc igitur intima DEI conjunctio cum voluntate, non multum diſtincta ab ea, quæ in beatitudine cœleſti contingit, illam anſionis pſus non immeritè à Patribus appellatur. S. Auguſtinus Tom. 10. Sermon. 2. de Spiritu ſancti miſſione, dum loquitur, ita inquit: Ergo Spiritus ſanctus in hac die ad præparata Apoſtolorum ſuorum templâ, velut imber ſanctificationis illapſus eſt, &c. Idem quoque Auguſtinus Sermon. 186. etiam de adventu Spiritu ſancti, Paulus, inquit, Apoſtolus tanta majeſtate locupletatus illapſus, fiduciaſſimè profeſſus: Et ſi cognovimus ſecundùm carnem, ſed jam nunc non novimus.

Latiùs tamen & expreſſius S. Bernardus Sermon. 31. in Cant. hujusmodi illapſum ſignificat illis verbis: Vide autem tu, ne quid nos in hac Verbi animæque commixtione corporeum ſeu imaginariolum ſentire exiſtames, id loquimur, quod Apoſtolus dicit: Quoniam

qui adhaeret DEO, unus ſpiritus eſt. Exceſſum puram mentis in DEVM, ſive DEI pium deſcenſum in animam, noſtræ quibus poſſumus exprimitis verbis ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Ita que in ſpiritu ſic iſta conjunctio, quia ſpiritus eſt DEVS, & concupiſcit decorem animæ illius, quam fortè adverterit in ſpiritu ambulante, & curam carnis non perſcientem in deſiderio, præſertim ſi ſui amore ſi gratiam conſpexerit. Non ergo ſic affecta & ſic dilecta, contenta erit omnino, vel illa, quæ multis per ea quæ facta ſunt, vililla, quæ paucis per viſa & ſomnia facta eſt manifeſtatio ſponſi, niſi & ſpeciali prerogativa intimè illum aſſeſſibus, atque ipſis medullis cordis carnis illapſum aſſeſſiat, habeatque præſtò quem deſiderat, non figuratum, ſed inſuſum; non apparentem, ſed aſſeſſentem: nec dubium, quin eò jucundiores, quò intus, non foris. Verbum nempe eſt non ſonans, ſed penetrans, non loquax, ſed efficaci; non obſtrepens auribus, ſed aſſeſſibus blandiens. Facies eſt non formata, ſed formans; non perſtringens oculos corporis, ſed faciem cordis latificans, grato quippe amoris munere, non colore. Non tamen adhuc illum dixerim apparere ſicuti eſt, quamvis non omnino aliud hoc modo exhibeat, quàm quod eſt. Neque enim vel ſic continèd præſtò erit, quamvis devotiſſimis mentibus, ſed nec uniformiter omnibus.

Expendenda ſunt ſingula ferè verba Bernardi, agit enim hîc præcipuè de iſta Vnionè ſpiritiva, quæ contingit per exceſſum mentis in DEVM ſive DEI pium deſcenſum in animam, ubi mirè depingit animæ voræ & ardentiſſima deſideria iſtius conjunctio cum ſponſo per manifeſtum oſculum, ſive illapſum ipſius in ejus viſcera. Nec enim contenta eſt aliis manifeſtationibus, ſive revelationibus, niſi & ſpeciali prerogativa, inquit, intimè illum aſſeſſibus atque ipſis medullis cordis carnis illapſum aſſeſſiat, habeatque præſtò quem deſiderat, non figuratum, ſed inſuſum. Quibus verbis aperte denotat, iſtum illapſum eſſe ſpeciale prerogativam, omnes viſiones, & revelationes, ſive prophetiæ donum excedentem.

Secundò obſervare etiam oportet illa verba: Facies eſt non formata, ſed formans; faciem cordis latificans, grato quippe amoris munere, non colore. Non tamen adhuc illum dixerim apparere ſicuti eſt, quamvis non omnino aliud hoc modo exhibeat, quàm quod eſt. Quasi dicat, DEVS per illapſum præſtò eſt animæ, oſtenditque faciem ſuam, id eſt, eſſentiam ſuam, non formatam, id eſt, claram & diſtinctam; ſed formatam, id eſt, ſuo amplexu & amore laetificantem & inebriantem cor, illudque formatam, ut ſit aptum DEVM ipſam attingere. Et quàmvis in hac unione, ait, DEVS non ſe exhibeat & manifeſtet ſicuti eſt, ſicuti oſtendit ſe in gloria beatiſſimis Sanctorum mentibus; exhibet tamen ſeipſum, & quod eſt, hoc eſt, ſeipſum manifeſtat per iſtum illapſum, non tamen ſicuti eſt, id eſt, clarè & diſtinctè. Hæc Bernardus, quibus nec quid clariùs, nec efficaciùs ad rem, de qua agimus, conſtituendum, poſſet excogitari.

Sanctus Macarius Homil. 4. hæc hunc illapſum variis aliis nominibus inculcat, præcipuè illum DEI illapſum demiffionem appellat, dicens: Nam omnia quæ vult, ſunt ei per ſaciliſſima, & quando illi videtur, ſeipſum demittendo incorporat & transformat, conſpicuum ſe exhibens diligentibus illum in gloria luminis inaccessa, præ multa & inenarrabili dilectione apparens, qui digniſſimi, ſecundùm ipſum virtutem.

Idem Homil. 10. non obſcurè hunc etiam illapſum

Explicatur enucleatius tam Dei, quàm animæ in hoc unionis ſtatu operationes.

Vid. B. P. Joan. à Cruce expoſit. Cant. 11. Canticor. ſpiritual.

Illapſus Dei in animam exponitur.

Vid. Diſt. 1. n. 1. noſt. Antonii Tract. 4. diſt. 1. ſect. 2. & Comment. P. Balthaf. in cap. 1. m. anſionis pſus non immeritè à Patribus appellatur. S. Auguſtinus Tom. 10. Sermon. 2. de Spiritu ſancti miſſione, dum loquitur, ita inquit: Ergo Spiritus ſanctus in hac die ad præparata Apoſtolorum ſuorum templâ, velut imber ſanctificationis illapſus eſt, &c. Idem quoque Auguſtinus Sermon. 186. etiam de adventu Spiritu ſancti, Paulus, inquit, Apoſtolus tanta majeſtate locupletatus illapſus, fiduciaſſimè profeſſus: Et ſi cognovimus ſecundùm carnem, ſed jam nunc non novimus.

Latiùs tamen & expreſſius S. Bernardus Sermon. 31. in Cant. hujusmodi illapſum ſignificat illis verbis: Vide autem tu, ne quid nos in hac Verbi animæque commixtione corporeum ſeu imaginariolum ſentire exiſtames, id loquimur, quod Apoſtolus dicit: Quoniam

Timon
Opus Spiritu
T. II
O. III

Vid. Je
m. JI
SUM. I
RIA. ca
6. Item
myſtic
pag. 28
& ſup
it. 100
Balth.
quor
ad huc
Doct
myſti
cos.

ipsum significat, dicens: Hujusmodi anima, quae tam ardenti & insatiabili dilectione flagrant erga Dominum, digna sunt vita aeterna: quare merentur ab affectionibus redimi, accipiuntque perfectam illuminationem & participationem sancti & arcani Spiritus, ac mystica societate in plenitudine gratiae. Ita Macarius qui per perfectam illuminationem ac participationem sancti Spiritus, quid aliud puras intelligit, nisi istum illapsum, quo medio anima perfectam societatem & participationem ipsius DEI adipiscitur.

Idem demum Macarius Homil. 18. Cum enim anima, inquit, ad perfectionem spiritus exierit, pernitentem expurgata ab omnibus affectionibus, & Spiritui Paraclito arcana societate unita, permixtaque spiritui meruerit fieri spiritus, tunc fit tota lux, tota oculum, tota spiritus, tota oblectatio, tota exultatio, tota dilectio, tota viscerum, tota bonitas, fides, & clementia. Ubi nota occurrunt illa verba, Spiritus Paraclito arcana societate unita per mixtaque; illis enim innuitur, hujusmodi mentibus purgatissimis Spiritum sanctum advenire, ac illis inanimè uniri, non aliter ac Apostolus ipsius, quantum ad illapsum, de quo loquimur.

Præterea, quamvis nomine illapsum, explicata hæc Unio a Patribus passim non invenitur, reperitur tamen quasi æquivalentibus verbis & sententiis, dum DEUM ipsam animabus purgatissimis præsentem adesse docent. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioan. cap. 3. Qui verò, ait, omni virtute mentem suam purgando apti jam ad majora salti sunt, spiritus illuminationis recipiunt, oculo anima habitantem in se DEUM videbunt.

S. Gregorius in 1. caput Cant. explicans illa verba, Oculum me, &c. Sed prius sponsus, inquit, anxietatem ejus sentiens, osculum porrigit, & ne ac si cetero labasciat, gustu sua suavitate lenit, & dum suam præsentiam exhibet, tam ad majus dilectionis osculum accendit. Hæc autem præsentia, per illapsum exhibetur animæ.

Hic est præterea ille felicissimus illapsus DEI, quem in die Pentecostes Discipulis ac Apostolis Act. 2. contigit legimus, de quo latius superius cap. 8. qui etiam aliquando pariter dicitur, quo DEUS ipse per suam essentiam fit præsens non animæ essentiae, in qua antea per gratiam præexistebat; sed potentis rationalibus, ita ut ab eis in ratione objecti tangi, amplecti, ac deosculari vitali sentatione & gustu dulcissimè possit. Agant præterea de hoc illapsum Doctores Mystici, præcipuè

Gerson variis in locis, maxime Tom. 3. in Cant.

Vid. Jo. an. JE- SUMA- RIA cap. 6. Theol. mystic. pag. 28. & supra. Baithal. quos iste in Apostolorum corda; vel de eo, quo DEUS liberalissimè perfectissimorum virorum mentibus fit præsens, atque inanimè per seipsum eorum potentis univ.

Difficultate tamen non caret, quid iste illapsus in potentis animæ de novo operetur, aut qua ratione Unioni fructivæ deserviat, maximè quia, cum DEUS sic intimè præsens intellectui & voluntati ratione suæ immensitatis, non videtur necessarius novus illapsus; unde licet in gloria à Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

Theologia perhissimè non ponitur novus illapsus, ut DEUS intellectui & voluntati Beatorum præsens fiat, ea solum ratione, quia jam ipse Deus ratione immensitatis est eis intimè præsens: eodem modo nec in via ad hanc etiam perfectissimam unionem videtur necessarius.

Hic dubitationi (salvâ peritorum sententiâ) respondere possumus, illapsum illum de quo loquimur, esse omnino necessarium, ut faciat DEUM ipsam præsentem in actu primo potentis, ut possit esse objectum proportionatum huic fructivæ & supernaturali Unioni, quæ nihil aliud est, quam perceptio experimentalis & immediata DEI per arcantum amplexam & deoscularionem mutuam inter DEUM & animam ejus sponsam: qui quidem amplexus, sive perceptio DEI experimentalis, non potest fieri nisi ipso DEO præsentem. Per hunc autem illapsum DEUS se demittit, ac fit præsens intellectui & voluntati, non ita ut intellectus eum perspicuè & quidditivè cognoscat, quàmvis ejus præsentiam (hoc est DEUM sibi esse præsentem) voluntatemque sub ratione summè bonitallicentem & amplexantem non ignoret; voluntati verò immediatè DEUS conjungitur, quia voluntas in hac unione supergreditur intellectum, ac eo foras manente, ipsa suo acumine, amato immediatè unitur, eumque manifestè percipit, ac cum eo fit unus spiritus.

Neque obest, DEUM esse aliàs ratione suæ immensitatis & animæ, & ejus potentis præsentem: quia DEUS ratione istius præsentis sive penetrationis non dicitur propriè univ, neque animæ essentiae, neque ejus potentis, ut jam antea diximus; quia DEUS mentibus nostris inest tantum, ut principium effectivum naturale, sicut & omnibus aliis rebus naturalibus dicitur esse præsens; quia ratione non potest esse objectum proportionatum ad illam Unionem, quæ supernaturalis est, & multo minus ad hanc, de qua tractamus, Unionem, sive ad visionem beatam. Opus igitur est, ut præter hanc præsentiam, aliâ ipsius DEI inquiramus, in qua DEUS fiat præsens potentis. Excogitari autem alia non potest, nisi ea quæ fit per istum illapsum.

Hoc autem ex eo confirmari facile potest: quia ut justorum anima univatur DEO, et gratiam habitivalem, naturæque divinæ fiat particeps, non sufficit DEUM ratione immensitatis esse ei intimè præsentem, sed ultra etiam desideratur novus DEI illapsus, vel quòd novo modo animæ illabatur, nempe ut principium supernaturale: unde non esse illa unio gratiæ perfecta neque supernaturalis, si tantum DEO ratione immensitatis præsentem anima per gratiam jungetur. Pari igitur modo non sufficit, quòd DEUS ratione suæ immensitatis sit intimè & quasi habitualiter præsens potentis cognoscitivis, ut sit objectum vel visionis beatæ in patria, vel hujus unionis felicissimæ in via, cum sit hæc præsentia improporionata, & inferioris ordinis. Necessariò igitur constituenda est alia DEI præsentia magis proportionata, & ordinis supernaturalis, quæ possit ut objectum uniti visioni vel contemplationi fructivæ. Deus autem, ut objectum supernaturale, non potest esse præsens intellectui viatorum, nisi per aliquè illapsum, non quidem illum, quem hinc hinc in essentia animæ; quia iste præsupponitur in Beatis ante gloriæ adoptionem, cum in via gratia supernaturalis infunditur. Constituendus igitur est novus illapsus DEI præexistentis in essentia animæ

quid per hoc illapsum Deus in anima ejusque potentis operetur

ratione gratiæ habitualis, ut eo medio manifestetur potentis in ratione objecti supernaturalis & beatifici.

Dices: DEUS est intimè præsens in essentia animæ, ratione gratiæ habitualis, ut auctor supernaturalis omnis boni; sufficit igitur quòd DEUS elevet medio lumine gloriæ potentias, ut ipsum in essentia animæ existentem attingant, clarè que videant ac consequantur.

Respondeo, hunc modum attingendi DEUM in gloria absque novo illapsu videri valdè probabilem: nam si DEUS illapsu suo condescendat ad potentias, siue elevet illas ad seipsum, non video aliquem neque apud Patres, neque apud Doctores Scholasticos reprobantem hunc vel illum dicendi modum: quod etiam modo applicari potest huic Unioni; in qua siue dicamus DEUM elevare potentias, ut eum in fundo vel essentia animæ se manifestantem contemplantur, ac ei suavissima unione jungantur; siue DEUM illabi potentis, eisque se præsentem reddere, utrumque dicendi modum approbat S. Bernardus *Serm. 31. in Cant. ubi supr.*

Adhuc autem si res aliàs consideretur, unio illa DEI in ratione objecti cum intellectu & voluntate Beatorum, verè illapsus dicendus est: quia sicut in animæ essentia, ratione infusionis gratiæ, DEUS illabi dicitur, eò solùm quòd ibi incipiat esse novo modo, ut principium inquam supernaturalis, cum antè esset etiam in anima ratione immanens; ita ut ipsas potentias, quia in eis incipit esse intimè præsens, ac in ratione objecti supernaturalis immediatè unitus intellectui & voluntati Beatorum, ita ut lumine gloriæ illustrati possint videre & amare DEUM. Eodem sermè modo DEUS in via in ista unione supernaturali propriissimè dicitur illabi in potentias: quia incipit ibi esse novo modo præsens, scilicet ut objectum supernaturale uniendum intimè intellectui & voluntati, immediatè verò voluntati, cum qua reali conjunctione & dulcissimo amplexu copulatur.

Legend. His igitur prælibatis, jam qua ratione DEUS animæ illabitur, ac eam ad hanc arduissimam Unionem trahat, breviter exponamus.

Animæ igitur omnino purgatæ, ac præviis aliis dispositionibus præparatæ DEUS illabitur, & potentis cognoscitivis manifestatur unicuique secundum capacitatem quam habet.

Iste verò illapsus DEI præcipuè fit in voluntatem; undè quantum conjicere possum, nulla ratione DEUS in hac vita, etiam in hac perfectissimæ Unionis intellectu illabitur; nam aliàs si in intellectu daretur illapsus, DEUS videretur clarè & distinctè sicuti est, quemadmodum contingit in gloria: nam illapsus iste divinus nihil aliud est, quàm fieri DEUM præsentem secundum suam essentiam potentis cognoscitivis in ratione objecti. Igitur si DEUS hac ratione illaberetur & uniretur intellectui, intellectus illum perciperet, ac ejus essentiam clarè intueretur. Quare iste illapsus DEI tantùm fit in voluntate, unitur enim in ista ineffabili & arcana unione immediatè secundum suam essentiam, ita ut voluntas ejus amplexum & deosculatorem percipiat sub ratione omnis boni. Quare iste illapsus merito appellatur deosculatio siue ostensio divinæ faciei sub ratione omnis boni: in hoc enim contactu voluntas percipit DEUM ipsum, eam amore ineffabili completentem eodem sermè modo, quantum ad inti-

mam & immediatam cum voluntate unionem, ac in gloria.

Neque obstat, DEUM priùs illabi voluntati quàm intellectui, imò sine illo illapsu in intellectu: nam licet intellectus in illo statu non sentiat illapsum similem sicut in statu beatitudinis percipit, pro statu tamen vitæ præsentis sufficit quòd in intellectu precedat aliqua lux siue contemplatio, quæ omnino in caligine contingit: intueretur enim tunc DEUM ipsum in caligine, & voluntas suo acumine ingreditur, intellectu foras remanente, (ut latè præcedit *cap. Observat. 5. præmissimus*) ad Sancta sanctorum, ubi à DEO misericorditer deosculatur, ipsa divinum hunc contactum ac DEI sui amorosam præsentiam degustante. Et licet intellectus ad interiora tabernaculi non ingredietur, neque immediatè ipsum DEUM videat; divina tamen luce illustratus, clarè & certò (saltem in initio, quo voluntas DEO ipsi immediatè unitur) cognoscit voluntatè esse DEO ipsi immediatè suavissimo amoris vinculo ac ineffabili dulcedinis unitam, licet procedente unione, amoris excessus & torrens suavitatis, qui tunc percipitur, ejus operationem pro tempore, quo felicissima illa unio perdurat, omnino suspendat & absorbeat.

De aliis verò operationibus intellectus, nempe de luce siue contemplatione antecedente & consequente istam unionem, inferius plenius distendemus. Interim de hac suavissima deosculatone, quam anima in sponsi brachiis in hoc brevissimo tempore unionis percipit, Richardum in *Psal. 4.* differentem audiamus. *Cùm enim, inquit, caelestis ille sponsus sponse suæ charitatu amplexibus conjungitur, & ad ejus osculum inclinatur, ad ejus actum subito caelestis quadam dulcedine anima perfunditur, quam quidem sentire potest, sed nulla sermone latitudine explicare potest. Ille enim divinum laborum savor distillans, fixis sponso labiis fortiter expressus, incipit distillare dulcedinem, & emanare suavitatem. Influens itaque ille caelestis suavitatis daleor incipit primò quidem sponse interiora replere, postmodum autem usque ad os effluere, tandem verò per labia emanare in cantum, ut à sponso suo statim audire mereatur: Mel & lac sub lingua tua, savor distillans labia tua; 5 quòd ex abundantia cordis os loquitur.*

Gerfon verò *Tom. 3. in Cant. Confid. 3.* breviter, sed magis ad nostrum propositum, osculum DEI sequentibus verbis describit: *Osculum sponsi vel osculatio, est dignissima impressio cujusdam suavitatis & intimæ consolationis per illapsum secretum in animam. Et infra: Et in statu præsentis DEUS gerit amicitiam erga animam sanctam, quia communitat & li seipsum, & amorem suum, & dona sua ad fruendum, &c. Hactenus de Unionis ista ex parte DEI animam sibi unientis & deosculantis, jam ad Unionis modum ex parte animæ sectionem nostrum convertamus.*

CAPVT XII.

De modo istius Unionis ex parte animæ.

QUALIS verò sit ista ineffabilis unio ex parte animæ, non incongruè Joannes Gerfon loco jam citato, sponsi & sponse amores describit, declaravit dicens: *Amor expositus in Cant. canituram fructio DEI, vel osculatio oris nominatur aptissime, non solum habitualis & repita, sed actualis, ser-*

Thom.

Oper. Spiritu
II

*Biblioth.
Theolog.
nost. do-
mici
Tom. 7.
lib. 7.
sect. 4.
cap. 3. &
Theolog.
apost.
Philipp.
à SS. tri-
nit. 3.
part. Tra-
ctat. 1.
Discurs. 1.*

Unio
duplex,
una ha-
bitualis,
altera ac-
tualis.

Tres h
jui uni-
nis effi-
ctus di-
ctantur.

vens & restituta, & præcipue Seraphica, cuius est immediate ferri in DEVM, quævis ex parte anime concurrat multitudo habituum & influentiarum, omne præterea datum spirituum, & donum perfectum descendens à Patre lumininum, &c. quæ omnia at amquam virtus univoca (tradente Dionysio) replent & restitunt, & convertunt ad congregantur Patris unitatem, & Despicam simplicitatem, ubi tunc apex mentis ineffabili & ignora DEO ineffabiliter & ignote coniungitur; ignote quidem, quia infinite & immense, cum virtus cognoscentis & natura sui finiti.

Breviter tamen ex parte anime istum amoris nexum ac reciprocam dilectionem explicemus. Quemadmodum ex parte DEI ista unio est intima conjunctio ipsius DEI cum intellectu in ratione summa lucis, saltem quantum in hac vita permittitur; (nam tunc intellectus mirabili à Deo luce perfunditur & elevatur, ut ipsum voluntati præsentem & unitum altissimo modo, licet non intuitu cognoscatur) cum voluntate verò in ratione summi boni & summi delectabilis; ita ex parte anime est perceptio vitalis & experimentalis omnium sensuum interiorum istius summi boni, nempe DEI, & eius gratiæ & donorum, sive ut clarius dicam, mutua deosculatio & amplexus ipsius DEI sibi intimè præsentis. Erit igitur ista unio summa & altissima mentis nostræ perfectio, quia mens DEO infra divinæ essentia clarâ visionem perfectissimè tam intellectu quam voluntati unita; nam ipsam DEUM perfectissimè contempletur, ac præterea sentit & gustat, & suavissimè percipit, ideoque communiter experimentalis perceptio DEI nuncupatur.

Diximus, esse experimentalem perceptionem DEI, eisque gratiæ ac donorumque significemus, animam DEO ipsi unitam non solum percipere ipsam unionem actualem, prout actio quædam est, quæ animam DEO coniungitur; sed & gratiam & charitatem, quæ sunt principia huius actionis, imò & ipsum DEUM potissimum sentire, ac suavissimo tactu degustare. Quæ ut clarius fiant legentibus, recolare oportet: quæ cap. 3. diximus, animam iusti esse cum DEO ipso unitam, gratiam verò & charitatem esse veluti vinculum & unionem, quæ Divinitati anima unitur ac copulatur.

Duplicem præterea esse hanc unionem per charitatem adnotavimus; alteram habituales, actualem verò alteram, cuius variis assignavimus gradus, ac in supremo actualem unionem fructivam, quæ DEO ipsi arcano amplexu coniungitur, jure collocavimus. Hanc definiimus esse experimentalem perceptionem ipsius DEI, gratiæ & donorum eius. Per hanc enim unionem cum quadam experientia dulcedinis percipiuntur tria. Primum, ipse DEUS qui illabitur tunc menti, Secundum, gratia & charitas habitualis, quibus iustorum animæ DEO vincuntur. Tertium, ipsa actualis & fructiva unio, quæ est vinculum actuale, quæ actu Spiritui sancto (qui est veluti anima animæ nostræ) purissimæ mentis suavissimè adherent.

Ostendamus igitur modum, quo anima in hac Unione percipiat ac suavissimè sentiat tria hæc. Incipiam à duobus ultimis, nempe à gratia habituali, ceteris que donis à DEO infusis, & ab æquali unione. Et ut clarius constet, qua ratione anima possit percipere tam actualem istum nexum sive unionem, quam habituales, qui fit per gratiam, scire oportet ex D. Thoma 1. 2. qu. 112. art. 5. ad 1. quod illa, quæ sunt per essentiam sui in anima, cognoscuntur experimentaliter cognitione, Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

in quantum homo experitur per actus principia intrinseca, sicut voluntatem percipimus volendo, & vitam in operibus vitæ. Et hoc est quod voluit Paulus 1. Corinth. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex DEO est, at scimus (experimentaliter nempe notitia) quæ à DEO donata sunt nobis.

S. Bernardus in Sermon. ad Milites templi cap. 11. explicat egregiè hanc perceptionem gratiæ & donorum. Spiritus, inquit, generatio (nempe gratiæ & donorum) non quidem in carne sentitur, verum in corde, ab his dumtaxat, qui cum Paulo dicere possunt: Nos autem sensum Christi habemus: in quo & eatenus profecisse se sentiunt, ut & ipsi cum omni fiducia dicant: ipse enim Spiritus reddidit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii DEI. Hæc ille. Sentiant enim aliquando in hac unione iusti experimento ipso, lumine cælesti infuso, motus & operationes divinæ gratiæ. Sentiant etiam in hac fructiva unione non tantum actualem & mutuum amplexum, sive deosculacionem, sed etiam ipsam gratiam & charitatem, quæ sunt principia vitalia actualis unionis. Sentiant, inquam, ac distinctè hæc omnia percipiunt (quod non sine speciali DEI revelatione contingit) nec solum ista percipiunt, sed & potissimum ipsam DEUM, qui est objectum immediatum huius unionis, ac per intuitum amoris amplexum sensu tactus & gestus ipsam DEUM expeririuntur, ac veluti palpant. Neque enim quis potest osculum sive amplexum percipere, nisi osculantis & amplexantis labia & astutientia brachia perspicue sentiat; ut optime D. Thomas Opus. 2. sequentibus verbis confirmat. Cum senseris, inquit, tactu, qui cognoscit de proximo labia illa IESU, anime tue labia non abominari, sed mirabiliter ipsis inprimis, ineffabiliter osculari. Et infra: In hoc autem gradu anime, quod admodum & indicibili modo rapit & rapitur, tenet & tenetur, stringit & stringitur; & una unit per amoris copulam sociatur.

Ex his etiam constat, valde esse probabile, eos qui ad hanc ineffabilem unionem singulari DEI beneficio fuerint sublimati, reddi de sua gratia & acceptatione securos. De his enim præcipue loquitur Paulus ad Rom. 8. Spiritus, inquit, testimonium perhibet spiritui nostro, quod sumus filii DEI. Et illud 1. Corinth. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex DEO est, ut sciamus quæ à DEO donata sunt nobis. Loquitur Apostolus non absolute de omnibus iustis, sed de illis tantum, quibus contingit ista noticia experimentalis & privilegiata, quæ est per revelationem internam Spiritus sancti. Quo sensu D. Thomas intelligit hunc locum 1. 2. quæst. 112. art. 5. ad 4. Ex hac igitur intima & fructiva perceptione sequitur in anima maximum gaudium, & ideo inter fructus Spiritus sancti primo loco ponitur charitas, prout est fructus, ad distinctionem charitatis, quæ est virtus Theologica, habitusque supernaturalis: at ut est fructus, dicit actualem charitatis experimentum vel sentimentum, sive charitatis fructum, quod idem est ac gaudium.



D d 3 CAPUT

Confu-
lend. su-
pra cit.
mystici
Docto-
res, & a-
lii com-
plures à
P. Bal-
thaf. lau-
dant.

Unio
duplex,
una ha-
bitualis,
altera ac-
tualis,

Tres hu-
jus unio-
nis effe-
ctus de-
claran-
tur.

XII.

anima.

unio ex parte
Iohannes Gerlon
ores defendit.
Cant. s. dicitur
minatur spiritus
sed actualis, sive

CAPUT XIII.

*Pro hoc mutua inter animam & DEUM,
per comparationem ad sponsationem
tam carnalem, quam spiritua-
lem, amplius exponitur.*

RESTAT jam, ut una aut altera comparatione modum istius unionis mutuae plenius explicemus. Prima comparatio, ex carnali sponsatione: secunda verò, ex matrimonio spirituali in gloria consummato, id est, per comparationem ad unionem beatificam desumenda erit.

Legend. Ponamus igitur, (& hæc erit prima comparatio, & forsitan aliquantulum rudis, aptissima tamen ut hæc uniuersum melius penitusque intelligatur) virginem elegantem admodum ac decorâ facie præfulgentem, in suburbiiis munitissimi longeque magnificentissimi castrî demorari, in cuius interiori cœnaculo sive aula, ortus orbis Imperator, occultus tamen, resideret, qui huius virginis captus esset amore, & illa Imperatoris, ac mutua per interuentus pollicitatione ad dulces sponsaliorum nexu subeundos suavissimè traheretur, ea tamen conditione interposita, ut non nisi statuo à Principe ac præfixo die desiderata matrimonii celebritas ageretur. Atque inuenim, dum ad præsignatam diem sponsalium expectantur amplexus, mutuis hinc inde missis epistolis, & amatorius muneribus oblati, sponsus & sponsa sibi invicem per amoris mutui conficis ac fideles nuntios amorosè colloquuntur: interdum etiam sponsus in aliquibus imaginibus faciem suam quoquomodo adumbratam sæpè dilectissimæ sponsæ ostendit. Ardet ista quondam, ac præsentia realis avida, his sponsi imaginibus minimè contenta, amplius inualecente amore sponsi, cuius amoris sagittâ transfixa est, vehementius languet, desiderio præsentia amati tabescit, moratum impatiens & anxio, sponsi tarditatem accusat, emoritur pœnè, dum expectatissimo ejus amore frui, castissimoque osculo recreari, ardentissimis anhelat votis, faciem videre cupit amabilem, & suavissimam ejus præsentiam tota tabescentis animi contentione satis impatienter exquirat.

At verò sponsus, qui non minus ferventi exardescit amoris flamma, non minori etiam sponsæ expectatione trahitur; & quò flagrantissima sponsæ desideria ei magis innolescunt, eò ferventiori reciproca dilectionis speculo percussus, ad sponsæ amplexus dulcissimos vehementius fertur. Unde fit, ut aliquando noctis captans silentium (secretilsimè tamen) ad sponsæ cubiculum occultitè descendat, aut eam ad Regiam domum vocet ac trahat, ibique cum ea dulcissima misceat colloquia, & felici perfusus suavitate, serenissimis sibi illam amplexibus ac jucundissimis oculis tenerimè devinciat, copulet, & amabiliter astringat. Tunc quidem sponsa (quamvis in tenebris) verum suum agnoscit sponsum, nam & loquela ipsius manifestum eum facit; sed ei præsertim ex tactu suavissimo, ex ardentioribus oculis sponsi præsentia innolescit: tanta siquidem est huius Imperatoris fragrantia, tantaque suavitas, ut altius esse quàm Imperatoris ac sponsi nequeant.

Hæc enim illius amabilissimi Principis conditio est & excellens natura, ut non solum aspectu suo gratissimo, ac serena supra omnem modum facie, verum etiam singulari quadam tactus

& oculi dilectione facilimè dignoscatur: quæ licet faciem ejus tenebris obstantibus non videat, certissimè tamen illum agnoscit: nec solum ex locutione, sed ex tactu singulari clarè & apertè ipsum percipit, & mira ab aliis discernit facilitate. Richardus à S. Victore hoc exemplum (si attentè ejus verba legantur, explicans hanc divinam Unionem in Tract. de Gradib. charitatis violentia) egregiè confirmat, dicens: Sæpè sub hoc statu Dominus descendit de cælis, sæpè visitat sedentem in tenebris & umbra mortis, sæpè gloria Domini implet tabernaculum sedentis: sic tamen præsentiam suam exhibet, ut faciem suam minimè ostendat: dulcorem suum infundit, sed decorem suum non ostendit: infundit suavitatem, sed non ostendit claritatem. Suavitas itaque ejus sentitur, sed species non cernitur. Adhuc nubes & caligo in circuitu ejus: adhuc thronus ejus in columna nubis: & tene quidem, & blandum aliquid quod sentitur, sed nubilum omnino quod cernitur; nondum namque apparet in lumine. Et quamvis appareat in igne, magis tamen in igne accedente, quam illuminante: accendit namque affectum, sed nondum illuminat intellectum. Desiderium inflammatur, sed intellectum non illuminat. In hoc itaque statu anima dilectum suum sentire potest, sed (sicut dictum est) videre non potest. Et si videt quidem, videt quasi in nocte, videt velut sub nube, videt denique per speculum in enigmate, nondum autem facie ad faciem, unde & dicit: Illumina faciem tuam super servum tuum. Hæc ille.

Hæc igitur similitudine facile intelligitur, quid ista DEI experimentalis perceptio sit, præcipuè si recolas DEUM esse in animæ essentia live centro, quasi in nobilissimo castro, per gratia unionem in justis commorantem, animam verò justis in suburbiiis castrî (non enim ingredi potest ad suam essentiam.) Contrahuntur præterea sponsalia inter DEUM & piorum animas, cum per gratiam & charitatem DEO conjunguntur. Hæc autem conjunctio omnibus justis communis est, ac veluti sponsatio meritiò judicatur: matrimonii verò consummatio usque ad eorum obitum, cum DEUM in felici illa patria revelata facie conspexerint, eique unione beata fuerint copulati, differtur.

Invenim sponsa sponsi amore inflammata, intimis suspiriis ac inenarrabilibus gemitibus ad dulcissimam ejus præsentiam, etiam in hac vita ardentissimè anhelat. Et quamvis interdum sponsi visionibus, revelationibus, ac locutionibus divinis frequentius visitetur, & mirè confortetur, adhuc tamen amoris æstu & impatientia omnia ista transcendens, non quiescit, donec amati reali præsentia perfruatur. Cum verò ardentissimis ac scintillantibus desideriiis, & anagogicis aspirationibus mens fuerit à passionibus atque plura defecata, clementissimus sponsus in essentia animæ tamquam verus Salomon in eburneo & splendidissimo majestatis throno residens, animæ ejus amplexus ac dulcia oscula anxie sitientis (quantum in hac peregrinatione permittitur) cupiens se manifestare, seipsum demittens, animæ potentis per suam præsentiam illabitur, eamque ad interiora deserti (id est, ad essentiam & centum animæ) ineffabiliter trahit, ibique amoris brachiis tenacissimè sibi adstringit, tenerimè deosculatur, mutuoque complexu ab ea stringitur & tenetur, & per hunc tactum suavissimum ab ea ineffabilis ejus suavitas degustatur.

Per hunc verò amplexum & arganum contatum,

Adm, anima perfectius sponsum percipit, & experimentaliter notitia dignoscit, & quasi videt claritas, quam si oculis corporeis eum iocueretur: ex qua quidem DEI experimentaliter notitia, intellectus clarissimam ac perfectissimam cognitionem adipiscitur. Ex hoc enim arcana Spiritus sancti tactu & amplexu, anima ineffabili, quod omnem notitiam transcendit, mira perfunditur intellectus luce, ut DEUM ineffabili quodam modo videre possit: tunc enim altiore anima de DEO assequitur cognitionem, quam omnquam aliis per visiones seu revelationes fuerat consecuta: nam per sapientissimam de DEO notitiam, dum ei supremus apex affectiva potentia per amorem unitur, resulat in intellectu altissima quaedam & sapientissima DEI contemplatio, quae ad experimentalem & suavisimam DEI perceptionem consequitur: quae quidem contemplatio *Mystica Theologia* à D. Dionysio, hoc est, arcana Dei visio & occulta notitia appellatur, utpote quae fit in immensa illa caligine.

Et praeterea, quia est notitia experimentalis DEI per affectum, supponens ut principium & causam, experimentalem DEI notitiam, quae in voluntate praecipue invenitur, & ab ea descendit in intellectum. Ibi enim in intellectu supernaturali & coelitus infuso lumine illustratus, in intuitu recessibus suis clarè DEI praesentiam agnoscit, ac in quadam perfectissima imagine DEUM intuetur, non verè sicuti est, sed paulò minoratus ab ea visione, quae Beati DEUM clarè vident, id quod DEUS est contemplatur. Voluntas verò ineffabili amore ac incredibili iocunditate cum ipso DEO, sub ratione summi boni, unitur, ac ejus praesentiam percipit.

O ter quaterque beata anima, cui adhuc in hac peregrinatione degenit, felicissima aeternitatis pignora, ac summam Beatorum gloriam praelibare contingit! Quid autem haec DEI manifestatio & amplexus in anima operetur, quae lingua sufficere explicare? Ex illo enim fonte, qui est in secrete animae quasi torrens voluptatis, qui totam animae regionem percurrans eam irrigat, fecundat, & exhilarat, mirabiles in animae regnum dimanant effectus, de quibus nos latius *infra* disceremus.

Praeterea, Unio haec fructiva non incongruè per comparationem ad felicissimam gloriae unionem exponi potest. Ineffabilis quidem est in illo statu beatitudinis iocundissimo beatorum mentium cum DEO conjunctio, ac in ipsum omnimoda transformatio: nam ibi, ut Apostolus docet, ea quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, praeparavit Altissimus his, qui ad illius gloriae celsitudinem, ipso DEO juvante pervenerunt. Ineffabilis etiam est (ut superius saepe praefati sumus) dum peregrinamur à Domino, unio illa arcana fructiva & ecstasica animae cum DEO purissimis mentibus contingens. Et quamvis istae uniones multum sanè inter se distent, in multis tamen conveniunt; ac proinde non erit abs re, ex his quae in illa beata & coelesti unione, tam ex Scripturarum quam Patrum doctrina cognovimus, ad hanc paulò inferiorem, quam fructivam vocamus cognitionem, descendere: in multis enim philosophari oportet in ea ferè, ac in visione beatifica: eo tamen discrimine praenotato, quòd in ista DEUS clarè, distinctè, intuitivè & quidditative cognoscitur; in unione verò hac, nec clarè, nec distinctè, nec quoad quid

est, nec omnino intuitivè licet immediate videatur, ut latius *infra* cap. 16, dicemus.

Praeterea, in beatifica visione DEUS sine ulla specie à Beatis cognoscitur, ipsa divina essentia immediate Beatorum intellectui unita, ac speciei vicem supplet, quatinus posse etiam DEUM per speciem à Beatis videri gravissimi Theologi affirmant: in unione verò hac, sive Mystica Theologiae contemplatione, DEUS media specie aliqua creata cognoscitur, ut *infra* etiam docebitur. Deinde, in visione beatifica intellectum DEUM videntium à lumine habituali gloriae elevari, Catholica fides nos docet: in contemplatione verò Mysticae Theologiae apicem intelligentiae sine aliquo habitu inherente, à DEO lumine quodam Sapientiae dono eminentiori sublevati, superius annotavimus.

Denum, in unione ecstasica & fructiva, quando illa est in intensiori gradu, omnino à voluptatis torrente absorbentur potentiae, na ut pro eo tempore non percipiant dulcedinem quae fruuntur, quia ita sunt immersae in illo suavitatis & dulcedinis Oceano, ut non relinquatur locus tunc notitiae reflexae, ut dignoscant objectum circa quòd versantur: in beatitudine verò semper est ista notitia reflexa, quae intellectus percipit se videre summum bonum, ac voluntatem illud amare, eoque dulcissimè frui.

Hac igitur discriminis ratione praenotata, explicemus jam per comparationem ad visionem beatam faciliorem ac clariorem modo hanc Mysticae Theologiae divinam ac super eminentem unionem. Quemadmodum enim in beatifica visione DEUS illabitur intellectui, non solum in ratione speciei, sed etiam in ratione objecti, quem intellectus lumine gloriae elevatus immediate intuetur, ac ei unitur; voluntas etiam immediate cum DEO, quem intellectus praesentem apprehendit & videt, per amorem conjungitur, ac summo illo bono felicissimè fruatur: pari ferè modo philosophari possumus in hac Deifica unione, contemplatione, amore, & fruitione; nam in hac DEUS, qui in essentia animae omnipotens est, ineffabili modo menti purgatae illabitur, & se manifestat, elevando quodam divino lumine intellectum, ut eum ibi existentem sibi quae praesentem agnoscat, ac apicem affectivè tangendo, ut DEUM intimè conjunctum, ac animam deosculantem & amplexantem ardentissimè amet, ac amoris mutuo amplexu ei copuletur, ac in illum omnino transformatam & absorpta, eo dulcissimè & suavisimè perfruatur.

Est praeterea aliud discrimen inter illaplum DEI in Beatorum mentes, ac illaplum in via purissimis mentibus contingentem: nam illis prius natura DEUS illabitur Beatorum intellectui, deinde voluntati: hic vero divinus illaplus prius, imò solum fit in voluntate; huic enim tantum DEUS illabitur, eamque immediate suo complexu & deosculacione tangit, foras manente intellectu, qui licet divinisimo lumine tangatur, ut DEUM ipsum altissimo modo contempletur, non tamen ei illabitur, aliàs intellectus clarè ac distinctè DEUM agnosceret. In gloriae statu, intellectus primò DEUM attingit ac possidet; in via verò, per voluntatis attingentiam DEUS possidetur, intellectu foras remanente, ut saepius praenotavimus.

Haec intima & immediata tam intellectus quam voluntatis cum summo bono felicissima unio,

Legend.
Hoff.
Salm.
tic. Tom.
1. Traù. 2.
Disp. 2.
dub. 2. &
2.

Discrimen inter illaplum DEI in Beatorum mentes, ac illaplum in via purissimis mentibus contingentem: nam illis prius natura DEUS illabitur Beatorum intellectui, deinde voluntati: hic vero divinus illaplus prius, imò solum fit in voluntate; huic enim tantum DEUS illabitur, eamque immediate suo complexu & deosculacione tangit, foras manente intellectu, qui licet divinisimo lumine tangatur, ut DEUM ipsum altissimo modo contempletur, non tamen ei illabitur, aliàs intellectus clarè ac distinctè DEUM agnosceret. In gloriae statu, intellectus primò DEUM attingit ac possidet; in via verò, per voluntatis attingentiam DEUS possidetur, intellectu foras remanente, ut saepius praenotavimus.

gnoscant: quia
nibus non videtur
sine solum ex
clarè & apertè
facilitate
omplum (si
hanc divinam
visu violenta)
sub hoc statu
sedentem in
Domini impet
sensationem
indat: dale
non ostendit
aritate. In
i certum. Ad
albus tior
& blandum
omnino quod
mine. Et qu
in regu
supra affectum
in hunc
refl. fel
videt quidem
autem face
tuum super
intelligitur
io fit; pra
centia live
gratie unio
namque i
di potest
erec spon
cum per
Hac unio
omnis est
matrimoni
obitum, c
nae facie
nt copulan
inflammata
emibus ad
tu in hac
nerdum spon
en lotibus
confortetur
entia omnia
onec amari
eden infimis
ogicis
im plus defec
essentia anim
neo & splendi
os, animae
sistenti (qu
tatur) cupit
animae pot
eamque ad
& centrum
umoria beati
rimè deoscul
ngitur & cen
m ab ea inel

canum con
dum,

unio, dicitur à Dionysio Mystica Theologia, & divinissima sapientia; estque supremus gradus contemplationis, ad quem in hac vita intellectus divinâ ac singularissima prævenus grauiâ pertingere solet, Prætermitto nunc DEI claram visionem, quam D. Paulo & Moyli ex specialissimo DEI privilegio contigisse vix creditur.

CAPVT XIV.

De duplici huius suprema ac fructiva Unionis gradu, & aliquibus similitudinibus, quibus intima hac Unio à Patribus declaratur.

Consulend. S. Hæc autem felicissima Unio, in qua DEUS ipse per osculum & amplexum unitivum clarè percipitur ac degustatur, duplici quidem gradu gaudet: alter vocat ut sponsatio spiritalis, alter vero matrimonium spirituale. De utroque gradu mentio fit apud Patres. De spiritali sponsatione Verbi & animæ, in toto ferè Canticorum libro tractatur, ejusdem quoque sponsationis meminit S. Bernardus Serm. 9. in Cant. Si quis, inquit, in nobis ita est desiderii vir, ut cupiat dissolvi, & cum Christo esse, cupiat autem vehementer, ardentè sicut, absidue meditetur, in profectio non secus quàm in forma sponsi suscipiet Verbum in tempore visitationis, hora videlicet qua se astringit intus quibusdam brachijs sapientia, atque inde sibi infundit senserit sancti suavitatem amoris: siquidem desiderium cordis eius tribuatur ei, et si adhuc peregrinanti in corpore, ex parte tamen, itaque ad tempus, & tempus modicum. Et ris Cant. 13. 14. & ma, nisi illi duntaxat, quam ingens devotio, & desiderium vehemens, & prae dulcis affectus sponsam probat, & dignam ad quam gratia visitandi accessurum vira a Verbum decorem induat, formam sponsi accipiens. Hæc Bernardus.

to um. Nec te turbe matrimonii nomen: est enim inter DEUM & animam arcanum quoddam conjunctionum spirituale, quo DEUS & anima arctius unio in hac vita conjunguntur. De hoc matrimonio S. Bernardus mystic. & Serm. 83. in Cant. dicit: Talis conformitas maritatus animam Verbo, cum cui videlicet similis est per naturam, similem nihilominus ipsi se exhibet per voluntaria Tom. 2. Ascens. nupt. Et infra: Verè spirituali sancti que connubii anima contractus est iste: parum dixi contractus, complexus lic. 2. c. 7. est. An nexus vincit etiam quod natura arctius vincit, & lib. 3. vinculum patrum ad filios. Denique propter hoc, ait, 6. 3. relinquit homo patrem suum, & matrem suam, & adhaeret: sponsa. Et infra: Propterea (ut dixi) sic amare, nuptisse est: quoniam non potest sic diligere, & parum dilecta esse, ut in consensu duorum integrum fieri perfectiunque connubium: quod non est aliud quam amor sanctus & castus, amor suavis & dulcis, amor mutus, intimus, validusque, qui non in carne una, sed uno plane in spiritu duos jungat, duos faciat jam non duos, sed unum.

Idem Bernardus Serm. 85. in Cant. prope finem, Quando videris animam, ait, relicto omnibus, Verbo totis omnibus adhaerere, Verbo vivere, Verbo se regere, de Verbo concipere, quod pariat Verbo, que possit dicere: Mibi vivere Christus est, & mori lucrum; puta conjugem Verboque maritam. Et infra: Attende in spiritali matrimonio duo esse genera pariendi, &c.

Richardus de S. Victore in Cant. cap. 8. plenius

dissent de hujusmodi matrimonio & spiritali conjunctione animæ cum DEO. Sanctus de mun Bernardus de hoc etiam matrimonio spiritali videtur differere in Tract. de Septem gradib. contemplat. exponens illum Apostoli 2. Corinth. 2. locum, Nos autem revelata facie, gloriam DEI speculantes, &c.

Inter hos felicissima Unionis gradus multiplex invenitur discrimen, ut egregie docuit SS. Virgo & Mater nostra TERESIA, rerum spiritualium expertissima, in libris, quos divinitus à DEO illuminata consecravit, maxime Mansioni 7. cap. 1. & 2. Quandoquidem (ait) DEI magnitudo nullis terminis aut limitibus continetur, idem erit etiam de eius operibus merito indicandum. Quis enim ejus misericordiam & magnitudinem enarrare poterit? Quare si ea, que antea retulimus, aut dicemus infra, DEO ipsi comparantur, miranda non sunt: omnia enim sunt velut symbola quædam divina magnitudinis ac potentia. Vtinam DEVS mihi concedat, ut possim vobis explicare aliquid eorum, que ipse communicat ad istum statum pertingentibus! Quando divina bonitas, compatiens laborum & afflictionum, quas anime sibi spiritali sponsatione conjuncte pro eorum amore perpeffe sunt, antequam eas spiritali matrimonio sibi conjungat (quanvis in hac vita non ita perfecte hoc matrimonium inter DEVM & animam celebratur, quin possit aliquando anima à DEO separari) ad propriam mansionem, id est, anime centrum intravit, ibique cum ea unitur, quod non solet contingere in spiritali sponsatione: nam ibi sponsa non tam ad centrum, quam ad superiorem anime partem à DEO vocari videtur.

Est igitur magnum discrimen inter matrimonium, sponsalia & desponsationemque spiritalem; quale esse sola inter eos, qui sponsalia contraxerunt, & illos qui matrimonio conjuncti sunt. His utor comparationibus maiori claritatis gratia, non quia in sponsatione aut matrimonio spiritali corporeum aliquid interveniat, omnis enim ista conjunctio sive unio in spiritu contingit, & fit.

Primum igitur discrimen est, quod in unione spiritali sponsationis, saltè in tempore quo celebratur, omnes potentiarum operationes absorbentur, quod anima quasi e aca, mutas, ac sine nullo interiori sensu videatur remanere, ita ut pro tunc nulla ratione possit sentire, aut intelligere, quæ ac quantum sit illud bonum quo fruatur. Quia illa magna delectatio, qua animam perfundit superius diximus, tunc sentitur, cum anima se DEO approximare cognoscit. At cum iam amoris brachijs à DEO adstringitur, eique unitur, nihil omnino sentit, quia tunc omnes potentie consopite ac absorptæ manent. In matrimonio vero spiritali aliter solet contingere, quia tunc DEVS potentia antea absorptas & quasi ligatas solvit, & oculorum squamas tollens, permittit, ut anima percipiat atque intelligat aliquid de ineffabilibus bonis quibus fruatur. Quod quidem mirabili modo contingit: nam anime in illo centro manenti, visione intellectuâli mysterium sanctissima Trinitatis, omnesque tres personæ manifestantur: præcedit tamen hanc manifestationem suavisissima quadam spiritus inflammatio, instar lucidissima cujusdam nubis, ibique notitia quadam admirabili percipit, qua ratione tres personæ sint una substantia, una potentia, una sapientia, & unus solus DEVS, ita ut quod fide tenemus, ibi anima (ut ita dicam) quasi intuitivè cognoscit.

Est aliud præterea discrimen inter spiritali matrimonii unionem ac spiritali sponsationis: quia in hac, omnia dona & gratias, que à DEO anima recipit, eas videtur recipere mediis potentis, aut sensibus

Thom
Operi Spiritu
T
O

Similitudo
dicitur,
quibus
unio De
cum a-
nima de
claratur.

in matrimonio vero spirituali non ita contingit: quia cum hoc matrimonium in anima centro contingit, ibi immediatè DEVS se manifestat quadam intellectuali ac nobilissima visione.

Reperitur demum inter hac duo aliud discrimen: quia in matrimonio spirituali arctior est anima cum DEO conjunctio, ac veluti indissolubile vinculum: DEVS enim deinceps ferè continuò est anima præsens, quamvis non semper ita clare & aperte, sicut eo tempore, quo divinum hoc matrimonium fuit contractum; quia aliàs si aliquantulum non remitteretur, anima non esset compos omnino sui, nec posset in aliud occurrere. Ceterum, quamvis non ita clare sicut antea contigit, semper ac advertit, & se introrsum colligit, hanc divinam societatem experitur, non aliter ac si duo essent simul in uno cubiculo, si elauderetur fenestra, quamvis non aperte videat eum, quem antea media luce clare conspexerat, aperte tamen intelligit ibi esse presentem. In sponsatione vero spirituali non ita contingit, quia frequenter separatur anima à DEO, nec continuò gaudet, sicut in matrimonio, divinà DEI presentia.

Similitudines, quibus unio Dei anima declaratur.

Sequenti exemplo poterit hoc clarius explicari: si dicamus unionem sponsationem esse similem duabus cereis candelis, que ita intime connectantur, quod ex unius una lux unusque lychnus fiat, adhuc tamen cum aperiari, & fieri, sicut antea, dua candelæ. Matrimonium vero spirituale merito comparari potest aquæ celestis in fluvium vel fontem cadenti, ubi ita ex duabus aquis una resultat, ut nulla ratione possint amplius dividi aut distingui, seu discerni, utra sit aqua fluvii, utra celestis. Vel hæc utri simili dici potest luci per duas fenestras in cubiculum ingredienti, quia quamvis in ingressu dividatur, postea tamen una lux efficitur. Forsan hoc est quod Apostolus Paulus scribit: Qui adhæret DEO, unus spiritus fit cum illo. alludens ad hoc divinum matrimonium, in quo jam præsupponitur anima per sponsationem spirituales scisse DEO unita. Hæc & alia S. Virgo TERESIA in lib. Mansionum, ubi supra.

Sunt præterea aliæ similitudines, quibus utuntur Patres, ut hanc animæ cum DEO unionem ineffabilem explicent. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 21. partim superius adductis, partim etiam aliis similitudinibus hanc Deificam declarat unionem, dicens: Quomodo stilla aquæ modica multo infusa vino desicere à se tota videtur, dum & saporem vini induit, & colorem; & quomodo ferrum ignitum & candens igni simillimum fit pristina proprietas, formâ exutum; & quomodo solis luce perfusus aer in eandem transformatur luminis claritatem, adeo ut non tam illuminatus, quam ipsam lumen esse videatur: sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem, quomodo ineffabili modo necesse erit à se ipsa liquefcere, atque in DEI penitus transandi voluntatem. Hæc S. Gregorius Nazianzenus. Gerson vero in Tract. de Mystica Theologia, consider. 41. alias adducit similitudines, quarum multæ coincidunt cum superioribus. Legendus quoque Ven. P. Hieronym. Gratianus in Annotationibus ad cap. 6. concept. amoris S. M. Teresia.

Similitudines ve id hæc, & si quæ sunt aliæ minime usitatae, quæ Mysticis solent esse familiares, piè debent interpretari, quemadmodum multæ aliæ locutiones & varii modi dicendi, quales sunt, animam morti, propriam formam amittere, spiritum viribus affectione delectari, à DEO (sine proprio scilicet concussu) agi, & id genus alia amantibus frequentissima, quæ, si naturam re-

rum spectemus, falsas si affectum, vera dicimus. Philosophus enim non accusatur mendacii, quod animam potius ubi amat, quam ubi animat, esse, protulerit: nec Paulus, quod se viventem non vivere, quasi ejus vitam Christi præsens vita petimet, affirmavit.

CAPVT XV.

De nominibus Unionis fructiva.

EAM, quam nos Unionem appellamus, Sancti Divina variis consueverunt appellare nominibus, ut hæc unio per ea proprietates ejus varias indicare possint. S. Bernardus Serm. 52. in Cant. his verbis: Unio hæc morte ego frequenter cadam, ut evadam laqueos mortis, &c. Moriatur anima mea morte iustorum. Optima mors illa est, quæ vitam non auferit, sed commutat in melius. Unio anima mea Angelorum morte moriatur, &c. Vocat hanc Unionem mortem, & quidem mortem Angelorum, eò quod sicut Angeli mortui sunt rebus temporalibus & caducis, ita quoque certo modo media ista Unio moritur illidem anima.

Abbas Vercellensis in hæc verba Cant. cap. 5. Amore languet, sic ait: Languor iste usque ad mortem ducit: mors autem est plena separatio vitæ à spiritu à corpore, & significat plenam separationem vitalis affectus per excessum mentis, & commodam unionem ad DEVM.

S. Gregorius eam silentium appellat, atque ita declarat illa verba Apoc. cap. 8. Factum est silentium in celo, quasi media hora. Hoc ipsum silentii nomen ipsi imponit Richardus in Psal. 25. cap. 4. adjungitque plura alia, quibus intitalari solet hæc Unio, ut sunt somnus, & pax; assignatque rationes, cur quodlibet horum nominum ipsi attribuat, sic inquit: Hanc quietem Ioannes dicit silentium. O quam verè dicere possumus somnum, si excedit omnem sensum. Quid enim de eo dignè dici possit, qui omnem sensum excedit? Factum est, inquit, silentium in celo quasi hora dimidia. Quam rectè silentium dicitur, audivimus: sed quomodo erit & somnus? Cogita quid faciat somnus exterior circa hominem exteriorem, hoc facit somnus hujusmodi circa hominem interiorem. Somnus corporeus exuperat sensum corporeum, auferit enim officium oculorum, officium aurium, ceterorumque sensuum, atque membrorum. Sicut autem per somnum exteriorem sopiuntur omnes sensus corporis sic per hunc, de quo loquimur, interioris hominis somnum exuperantur omnes sensus mentis. Simul enim absorbet cogitationem, imaginationem, rationem, memoriam, intelligentiam; ut constet quod Apostolus scribit: Quæ exuperat omnem sensum. Hujusmodi somnum anima inter veri sponsi amplexus capit, cum in ejus sinum requiescit. Unde & dicit: Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Hujus quietis in hujusmodi reclinatio jam firmam spem conceperat, qui cum antea fiducia psallebat: In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

S. Bernardus hoc idem nomen somni ipsi imponit Serm. 52. ubi manifestè inducitur celestis sponsus zelans pro quiete cujusdam dilectæ suæ, ne qua forte molestia vel inquietudine à somno suavissimo deturbetur.

Rursum Richardus lib. 4. de Contemplat. ebrietatem appellat, inquit: Ecce charissimi inebriantur, ebrietas autem mentis alienationem efficit: & superne quidem revelationis infuso eos dumtaxat, qui

Silentium.

Somnus & pax.

Ebrietas, & quare.

Ebrietas, & quare.

Ebrietas, & quare.

Ebrietas, & quare.

Ebrietas, & quare.

Ebrietas, & quare.

charissimi sunt, in mentu excessum adducti, secundum illud: Inebriabuntur ab ubertate domus tua. Idem quoque eodem loco ipsam vocat ebrietatem per hæc verba: Quid tantam dixerim mentis alienationem, nisi ebrietatem spiritus? Ratio autem cur eã sic vocitet, est, quia mediante hac unione, consequitur anima eam animi libertatem & fortitudinem, qua parvi æstimet ærumnas hujus sæculi, more Apollolorum, qui cum ebrii essent ebrietate spiritus sancti, ibant gaudentes à conspectu Concilii, eò quod digni herent pro nomine JESV contumeliam pati, quæ ipsorum invicta fortitudo, & libertas spiritus, & promptitudo, mundo ebrietatem præ se ferre videbatur. D. Bonaventura de Process. Relig. ubi supra, eamdem penè rationem assignat quam Richardus.

Vocatur præterea hæc Unio Theologia mystica, quod idem est ac cognitio secretissima DEI, eò quod mediante hac unione, acquiritur expectimentalis quædam DEI notitia, omnem exuperans notitiam, omnemque scientiam, ut latius lib. 5. de Contemplatione ostendimus.

Insuper ob altissimam hæc cognitionem, quæ mediâ DEV Manima degustat ac percipit, vocat istam intimam unionem Dionysius Areopagita, nedum Theologiam mysticam, sed & sapientiam, sive DEI divinisimam cognitionem. S. Thomas Opusc. 6. eam dicit esse copulam animæ cum DEO, propter unionem & societatem, quæ in hoc sponalicio intervenit inter utrumque adeo arctam & singularem, ut unum quid ambo efficiantur; idque propriè est unio, cum ex duabus rebus una tantum resultat.

Sponsatio verbi & anima, matrimonium spirituale.

Hæc Unio appellatur sponsatio Verbi & anima, & ita in sacra Scriptura, maxime in toto ferè Cantico libro, &c. de hac potissimum sponsatione tractatur. Appellatur etiam matrimonium spirituale. Vide Bernardum Serm. 85. in Cant. Sed attende, inquit, in spirituali matrimonio duo esse genera patendi, & ista: Ut in hoc ultimo genere interdum exceditur & receditur etiam à corporali sensibus, ut se non sentiat, quæ Verbum sentit.

Soritur deinde plura alta nomina, quibus in Scriptura hæc mirabilis unio passim significatur, de quibus egregie Gerlon in Serm. de Spiritu sancto Tom. 2. Confid. 2. dicens: Hæc est pax que superat omnem sensum, manna absconditum, quo Propheta Psal. 30. passus tructat: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti in mentibus tuis! Hic est calculus filiorum DEI, habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit. Hic in divinum caligenem instar Moysi vocatur spiritus, hic in sibilo aura tenuis sentitur Dominus, hic in thalamo dormit & requiescit Salomon pacificus, & Benjamin adolescentulus in mentu excessu. Hic gustatur sapor mellis, sapor propter illuminationem, mel propter dulcorationem affectus. Hic Moyses mysticus ducit gregem virium suarum in interiora deserti. Hic sedet solitarius, & levat se supra se, ubi Dominus loquitur ad cor ejus. Hic dicit Petrus: Bonum est nos hic esse. Et Philippus: Sufficit. Et Maria Magdalena: Vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Hic introducitur anima in cellam virnariam, ubi bibit ebriam sobrietatem spiritus; ubi suspirabunda epichalamium canens, verba dimidiat: Dilectus meus mihi, ait, & ego illi: ego dormio, & cor meum vigilat. Hic obestatur dilectus de dilecta: Adjuvo vos sicut Ierusalem, ne suscitatis vel evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Idem Gerlon Tract. 9. in Magnificat, Tom. 3. Dicitur, inquit, mansio DEI in homine, & hominû in

DEO, ut sic. Dicitur vivificatio & habitatio vite æternæ saltem in radice, ut hic: vivet in æternum, quia suam gratiam habet. Dicit autem Apostolus quod gratia DEI est vita æterna. Dicitur & osculum evi sponse, quod perit sponsa. Dicitur lac & vinum, & unguenta, & oleum effusum, & tractus, & pulsus ad sponsum. Dicitur introductio in celleriam, conjunctio dilecti inter ubera sponsa tanquam fasciculus myrriba. Dicitur suus decus, sua quis in lectulo florido. Hoc est donum perfectum de sursum descendens, non ascendens deorsum. Hac est sapientia divinitus inspirata cum suis laudibus univertis. Hoc divinum silentium, hoc sibilus aura tenuis, hoc susurrum verbi absconditi, hoc vox quasi aura lenis, imo & sonitus magni, & ut ad unum colligamus innumera, quidquid sonat mansionem vel habitationem, vel inbationem, vel unitatem unius corporis & unius spiritus, anima cum DEO, sponse cum sponso, unice cum unico, sub gratie gratificationis nomine, & radice, principio, forma, & fine, unico vocabulo datur intelligi, quid est manere in Christo per mutuum gratie complexum.

Præcipuum verò mirabilis hujus perceptionis nomen est unio, absolute & per antonomasiam ei à Mysticis attributum: quia e si sim alia unionum genera, eaque præclara, quæ charitate media animam DEO conjungant, de quibus multa in superioribus hæc ita tenita arctissime animam DEO ipsi conglutinat, ut absolute Unionis nomen videatur tibi jure vendicasse, tum proprietarius extremi dignitatem, cum quo unio hæc contingit est enim hujus unionis terminus immediatus ipse DEUS; tum etiam propter alias circumstantias, quæ illam mirabilis em ac digniorem convincunt, nempe esse ecstaticam, utpote, quæ summa amoris & splendoris vi animam extra se abducatur; & deinde fruiitivam, quia ineffabili dulcedine animæ sinus usque ad effusionem liberalissimè replet: de quibus multa superius, præcipue cap. 7. hujus libri, tetigimus, & in sequentibus plenius dicemus.

CAPVT XVI.

Intellectus mirabiles operationes Unionem hanc ineffabilem antecedentes & concomitantes.

SUPREMA illa DEI perceptio, quæ DEVS seipsum veluti tangendum objicit voluntati, contemplationis etiam supremæ omnes esse solet; ita ut simul intellectus & voluntas divinitus afficiantur. De intellectu luce, sive contemplatione, & de voluntatis affectibus postea dicturi, prius tamen aliquid de memoria in hoc Unionis statu præmittamus.

Memoria igitur Unionis tempore, imò & sæpè videtur ipsa Unione transacta, per influxum divinum & M. Teconverſionem ad DEV M fit tranquilla, clara, & ref. manserena, quemadmodum aer, quando quietus est sion. ab omni ventorum impetu, purus nubibus, nebulisque carens, ac solaribus radiis omnino clarus: at tollitur enim in hoc statu mens supra omnia sensibilia, ac si quis ultra nubes elatus apertum Coelum intueretur; & in eo felici statu memoria ter. in illo fit adeo constans & stabilis, ut nihil ejus se intem perturbet: unde fit, ut rerum creatarum, etiam transacta unione, vix possit meminisse; adeo & notitiam rerum terrenarum recordatione privatur, ac si esset homo totus cœlestis.

De intellectu autem operatione, Unionis co-

Thom. II
Opus Spiritu
II
OTI

Item Theologia mystica.

Dei divinisima cognitio, copula anima cum Deo.

Item variis aliis nominibus.

st
Tud. 1. r
Dicitur
n
a
r
t
eld per
binam
eligio
spu
cur.
quor
do I
cogn
scat
per l
culu
quo
do
scip

Myth. Tract. 1. Discurs. 1. art. 1.

statica & fructiva tempore, non eodem plane modo iudicandum est: aliter enim de intellectu eo tempore, quo anima est omnino divina: unio- ni proxima, aliter vero de ipso tempore, quo est om- nino DEO unita, & in ipsum divinitus absorpta ac transformata, aliter demum de intellectu, trans- acta iam ipsa Unione, sentiendum erit. Quare merito omnis ista cognitio ad tres gradus lucis reducetur.

Primus gradus contemplationis divinam Unionem antecedens.

§. 1.

PRIMUS quidem lucis & contemplationis gra- dus est, quando mens omnino desuper pur- gata, & medio Sapientiae dono illustrata, supra se elevatur, ut DEUM in omni perfectione, sancti- tate & gloria esse infinitum, ac omni menti, etiam Angelicæ, incomprehensibilem contempletur, ita ut divinam non solum ingredi, sed illam habitare caliginem, quam superius lib. 3. cap. 3. explicavi- mus, dicatur: Dominus enim DEUS in caligine, id est, in luce inaccessiblei, inhabitare dicitur. Unde optime S. Dionysius in Epist. 5. ad Dorothæum: Dicitur autem divina caligo, quia est inaccessibleis lu- men, in quo habitare DEUS dicitur, invisibilis qui- dem hæc continens propter excessivam claritatem; & in- accessibilis propter excessum super substantialium luminis effusivum. Hæc Dionysius.

A densissima igitur hujus caliginis inhibito ac defixio mentis in immensam illam & inaccessibleem DEI lucem, intelligentiæ oculum reverberantem, & sua immensitate ipsam abscondentem, altissima quidem est contemplatio, quæ fructivam Unionem antecedit, & proxima est ad illam dispositio, ut plenius lib. 3. de Via illuminativa cap. 3. ostendimus.

De hac luce Gregorius lib. 4. in 1. Regum ad cap. 20. ubi contemplationem ad DEI incircumscriptum lumen terminatam (quod idem est ac DEUM in caligine invenit) sic depingit: Quidquid enim de omnipotenti DEO humana mens potest cogitare, DEUS non est: sed dum cogitando cuncta tran- scendit, dum quidquid potest intima lucis, quidquid interna suavitate & dulcedine, quidquid spiritualis delectationis sibi fingere minus illa esse creditur; ad quamdam lucem tamen pervenit, quæ non est DEUS, sed quam inhabitat DEUS. Et quia tunc Electi anima mirabiliter inflammatur, mirabiliter resicitur, ineffabiliter delectatione fruitur, cogitare compellitur quam ineffabilis lux, dulcedo & delectatio sit, quæ ipse sit, si tam immensa lux est illa quam inhabitat, & non est ipse. Ad Dominum quippe in Bethel Moyses ascende- rat, quando cum eo in monte loquebatur: sed qui ad lucem pervenerat quam inhabitat DEUS, lucem quæ ipse DEUS erat, querebat, dicens: Ostende mihi faciem tuam. De quo etiam scriptum est, Quia loquebatur Moysi Dominus facie ad faciem.

Quid est, quod facie ad faciem Moyses cum Domi- no loquitur, & tamen Dominum obsecrat ut faciem suam Dominus ostendat? Sed facies DEI, cognitio ejus est. Cognoscitur autem DEUS per speculum, cognos- citur per seipsum. Per speculum hic, per seipsum so- cialo. Speculum verè est illa lux quam inhabitat DEUS: ipse autem lux illa, quæ ipse est. Moyses autem, qui fa- cie ad faciem DEUM videre dicitur, & ejus faciem ad videndum populare, quæ rectius designat quam perfe- ctionem electorum, qui jam speculum illius summa lu-

cis intuentur, sed tamen ad ipsam lucis veritatem per- tingere vehementer cupiunt? Ista quidem cognitio lu- cis, electorum desideria satiare non novit, sed excitare, illa verò & satiare & excitare. Nam tam jucunda res est, ut ineffabiliter concupiscatur, & tam plena, ut qui jam semper hanc in magno desiderio videntur, semper ineffabili dulcedine satientur. Hæc Gregorius.

Qua verò ratione intellectus DEVM hoc tempore intueatur, præclare quidem aliquibus comparationibus explicat Dionysius Carthusia- nus lib. de Laude vite solitaria, cap. 36. dicens: Veluti si quis stans in littore totius Oceani hoc est ei Oceanum ipsum videre, noscere se non posse illud totum visu at- tingere, metiri, finire. Et veluti si quis in ipsam Solu- cem in ipso Sole formaliter existentem suam desigat obtutum, hoc est ei lucem illam conspiciere, cernere se non posse eam in sua virtute & puritate oculis irrever- beratis conspiciari. Sic igitur contemplantur Dominum DEVM nostrum si interiorem mentis oculum figamus in ipsum cum omni humilitate, reverentia & amore, absque audaci & curioso scrutinio, & intueamur quod ipse est esse purum simplicissimum, incircumscri- ptum, bonitas infinita, veritas increata, unitas summa, superbeatissima vita, sapientia profuse immensa, vir- tus omnipotens, superliberrima quoque voluntas, pul- chritudo separata & interminata, dulcedo illimitata: sicque de cetero perfectionibus ejus. In horam contem- platione inflammatur cor nostrum, & divini amoris ardore totaliter succendatur. hincque DEO profanissus uniat, ac abstrahit, tamquam ignoto pariter & obscuro ser ventissimè i figuratur. Hæc Carthusianus.

Neque existimes, solum lucem (quantumvis sublimis sit) divinam hanc Unionem posse pro- meteri, nisi illam æstuantia amoris desideria, & ardentissima alia ejusdem amoris exercitia (de quibus superius lib. 3. Via illuminativa, cap. 6. & 7. & inferius cap. 2. 3.) comitentur. Nam dum anima sub umbra dilectiæ in illa caligine constituta, continuis suspiriis, amoris violentia & languore fertur in DEVM, nonnumquam repen- è immensa DEI pietate apicem affectivæ, & verticem intel- lectivæ potentie immensa è tangente illumina- tione & inflammatione simul ardentissimâ, ad fructivam unionem rapitur, atque ibi feliciter in DEVM, quem sibi præsentissimum sentit, divini- tus transformatur, ut eg- egit ex D. Dionysio do- cuit D. Bonaventura 1. in 3. aternitat. dist. 4. art. 4. sequentibus verbis: Verus contemplator est, si sur- sum tractus est super omnia intelligibilia in caliginem ignorantia. Et hic gradus contemplationis est, de quo loquitur Dionysius cap. 1. Myth. Theolog. di- cens: Adhuc restat principalior DEI cognitio, quæ si- guratur in eo, quod Moyses separatur ab his, qui locum DEI secum viderant, & subtrahitur illi visis, & in- trat in caliginem ignorantia, & unitur incomprehen- sibilitati divina, quam non penetrat intelligentia, qua- verè est omnium clarissima, & in se claudit & secre- tissimè celat omnes cognitiones comprehensivas tam- quam in causa prima omnium, & per eam omnis u- nitus DEO (qui est supra omnia) constituitur in ex- cellentia, quam neque ratio investigat, nec intellectus speculatur, & ab omnibus, & quasi à seipso segregat- ur, & per unionem dilectionis, quæ est, viva est vera cognitio, unitus DEO intellectualiter ignoto cog- nitione multo meliori, quam sit cognitio intellectualis, in eo quod intellectualem cognitionem dereliquit, & su- per intellectum & mentem DEVM cognoscit. Hæc Bonaventura. In quibus quidem D. Dionysii ver- bis ab ipso citatis illud planè considerandum est, contemplationem illam, quæ in caligine DEVS agno-

Similitu- dinibus hæc ex- plican- tur.

quid per divinam caliginem significatur.

XVI.

iam hanc inf- rmitatem.

qua DEVS sep- voluntatis, con- es esse solæ, ita- liveness afflic- templatione, & dicit, prius ta- Unionis state

ore, imò & temp- dim divinum & M- unilla, clara, & co- do quiescit in su- nubibus, re- cili- omniom cili- am- ens supra om- larus aperum Com- taru memoria in- ejus seicntia- b- reatarum, ex- b- l- minis, aded co- neprivatur, & Phil- p- Vnionis est

agnoscitur, non esse altissimam, quæ de DEO in hac vita haberi possit, cum præcedat ipsam unionem, & DEI perceptionem experimentalem, quæ teste D. Dionysio est effectiva veræ cognitionis; sed tantum est prævia lux, & contemplatio præcedens ipsam unionem.

Oportet igitur altiorē aliam quærere lucem & contemplationem. Hæc autem, ex mente D. Dionysii, est illa, quæ concomitatur sive consequitur ipsam DEI fruitivam perceptionem, ut ex illis verbis ejusdem Dionysii expressè conicitur. *Et per unionem (inquit ille) dilectionis, quæ est effectiva veræ cognitionis, unitur anima DEO intellectualiter ignoto cognitione multò meliori.* Igitur cognitio illa, quæ DEI unionem sive amplexum comitatur, & quæ ex illo oritur, quæ verè dicitur cognitio & contemplatio DEI altissima, illa, inquam est, (non præcisè considerata, sed ut connotat unionem animæ cum DEO felicissimam & fruitivam) quæ est divinissima & sapidissima DEI cognitio. Quare hæc, licet præcipuè & essentialiter consistat in hac cognitione, principium tamen habet & causam in amore unitivo & perceptione DEI experimentalis. Ex qua veluti ex fonte, ubi divina suavitas gustatur & æterna prælibatur felicitas, sapidissima illa ac divinissima oritur DEI contemplatio, quæ mystica Theologia communiter appellatur; & hæc quidem spectat ad secundum lucis gradum, de quo §. sequenti plenius disseremus.

Secundus lucis gradus, sive contemplationis, qui ipsam divinam Unionem comitatur.

§. 2.

Hic igitur est secundus & altissimus divinæ cognitionis gradus, in quo DEUS per gustum & tactum inanimatum, ac suavissimam deosculationem inter animam & ipsum divinissimè cognoscitur: jam enim in hoc gradu DEUS non speculativè vel per abstractivam notitiam discernitur, sicut in superiori gradus; sed practicè & experimentaliter per eius amplexum & gustum cognoscitur; aliter namque de mellis sive sacchari dulcedine, qui ejus suavitatem non gustavit, aliter verò dulcissimum expertus saporem differit: hic enim cognitione experimentalis, ille verò speculativè, ejus dulcedinem percepit.

Primum igitur contemplationis sive lucis gradus, cum ipsam divinam Unionem antecedit, tam in luce quam in aliis nostratum virium operationibus, inferior est omnino secundo gradu, in quo DEUS per ejus ineffabilem contactum & unionem cognoscitur. Ista enim divina Unio (ut merito inquit Dionysius) effectiva est veræ cognitionis, id est, ab ipsa procedit divinissima & sapidissima DEI cognitio, quæ quidem altior est omnibus aliis cognitionibus, quæ de DEO in hac vita haberi possunt. In ista enim Unione voluntas intellectum gustu & experienciâ pettiansit, ut *latius cap. 10. Observationes*, annotavimus; & subtili sapore majus quiddam percipit, quam didicerit intellectus. Quare in illo gradu intentionis, in quo voluntas præcellit intellectum, DEO unitur, ac illum degustat in altiori gradu, ad quem intellectus non potest affurgere, sed potius ad intellectum ex prægiurata unionem cum DEO voluntatis, perfectior, ac magis sapida de DEO notitia derivatur. Quod ex hoc explanari solet.

Evenire quippe solet, ut conditi cibi nidore sensu percepto, quis judicet sapidum esse cibum, ac proinde acceptum avidius edat, ubi plerumque majorem quam cogitaverat saporem & appetitus irritamentum offendit. Unde saporis experimento convicius intellectus, propriorem perfectioremque illius cibi notitiam parit. Ecce cognitionis ordo. Gustus enim præcedit cibi illius notitiam perfectiorem, licet imperfectam, quæ ante ejus degustationem præcesserat, sublequatur. In hunc ergo fermè modum intellectus in illa caligine existens, divino etiam lumine percipit, DEI incomprehensibilitatem, majestatem, divinitatemque cognoscit, ac quodammodò ejus suavitatem odoratur. Sed hæc cognitio fermè speculativa vocatur. At cum voluntas DEO adhæret, ac mystico contractu, gustu percipit, attingit & amplexatur, tunc ex illa experimentalis notitia voluntatis per amoris unitivi amplexum habita, perfectior ac clarior affulget intellectus, qui inferius remanserat, DEI cognitio multò certior ac nobilior, quam per alias doctinas universas.

Quòd si quis curiosè inquiret, Cum anima tempore Unionis sit tota in DEUM ita suspensa, ut ejus potentie omnes sint penitus absorptæ (ut omnes Patres fatentur, imò & sapientissima Mater nostra TERESIA à JESU impossibile cenet, eo tempore animam posse aliquid intelligere) quæ ratione intelligi possit, quòd eo tempore ea possit altissima intueri contemplatione.

Fateor sanè, Unionis tempore intellectum aliosque interiores sensus omnino absorberi; nam si carnalis delectatio rationis usum (teste Aristotele) pro tunc absorbet, quid erit sentiendum de ineffabili illa dulcedine, quæ ex immediata cum DEO conjunctione & unione percipitur? Quare sicut in hac vita DEUS clarè videri non potest, nisi anima omnino sit à sensibus alienata; ita neque DEUS sentiri aut percipi potest clarè in hac vita, nisi consopitis omnibus animæ operationibus, ita ut anima pro illo brevissimo tempore nihil omnino sentiat. Quapropter existimo, ita tempora in hac Unione sive spirituali sponsatione distinguere debere.

Primum, cum jam anima percipit DEI presentie ad se approximationem; secundum, cum DEUS divino illo contactu animam deosculatur, & sponse labia divinum illud ac ineffabile osculum percipiunt; tertium, cum plenè istam divinam presentiam ac ejus suavitatem degustat. In illo priori, intellectus nondum absorptus per infusionem divini luminis ab ipsis solis presentia derivari, clarissimè luce elevatur, ut DEUM ipsum voluntati omnino proximum altissimo modo contempletur; postea verò à seipso desiciens, in illo instanti mutui cum DEO amplexu dulciter absorbetur & obdormit, ut præclare Dionysius Carthusianus in Commentariis in *librum de Mystica Theologia D. Dionysii, cap. 9.* declarat, dicens: *Verumtamen in hac contemplatione fertur apex mentis & intelligentie vertex DEO uniti, tamquam omnino ignoto, in omnimoda quoque caligine fieri, nihilque penitus de illo cognoscere; non quòd ab illius inspectione omnisariè vacet, præsertim cum ista sit altissima, clarissima, perfectissima, ac profundissima Deitatis contemplatio, cognitio, visio huic vite possibilis, ut ipsemet Magnus Dionysius, & Expliciores ipsius testantur; sed quia in hac contemplatione & sapientialissima ac serenissima unione cum DEO mens acutissima & simplicissima conspicit, quam super-*

incomprehensibilis & superfluentissimus, & superluminosissimus, & superpulcherrimus, & superamabilissimus, & supergaudiosissimus sit ipse Dominus DEUS omnipotens & immensus, atque quàm insuavit & inestimabiliter à plena illius cognitione, & beatifica eius fruitione, visione faciali immediatè & clarè intuitiva distet, deficiat & occumbat. Ideo pra admiratione & amore defuit & defluit à seipsa, gaudiosè quoque & dulciter absorbetur, obdormit, & quiescit in superdilectissimo DEO creatore, salvatore, ac ministratore, in d & supergratiosissimo suo sponso, totius beatitudinis suae superpiissimo fonte, omnipotentissima & liberalissima causa.

Hæc de secundo illo instanti sive tempore, in quo DEUS animæ per seipsum unitur & manifestatur. Et quamvis hæc unio realis cum DEO, brevissimo tempore absolvatur, & tempore, quo perficitur, ligatur sint & quasi absorptæ ab illa immensa dulcedine omnes potentiae; adhuc tamen neque in isto tempore divini contactus sive unionis motus animæ cum DEO, credendum est, omnino intellectum suam carere operatione. Absurdum enim esset cogitare, animam illo felicissimo unionis tempore nobilissimis intellectus & voluntatis operationibus, non aliter ac ille qui deliquit animæ patitur, omnino privari; imò potius ex magnitudine lucis, amoris, & delectationis, intellectus totus manet suspensus & absorptus, pra nimia admiratione eorum quæ tunc intelligit; tunc enim cum tenacissimè actetur circa ea quæ speculari, non datur ei locus reflexioni supra seipsum, ita ut possit ipse intelligere aut discernere se aliquid tunc intelligere, quia ab illa ingenti admiratione totus tenetur ligatus & absorptus.

Quem quidem modum intelligendi brevi sermone Thaulerus cap. 12. Insuper, exposuit, dicens: *Hic spiritus à DEO in admirabilem lucem suam deducitur, rapiturque, ita ut natura in quamdam deformitatem elevetur: ibi planè spiritus præ luminis absque luce, præ cognitione absque cognitione, præ amore absque dilectione efficitur, non quòd absque dilectione sit, sed quia omnis eius cognitio amorque suus nimis parva videntur ad suum DEUM comprehendendum.* Hæc ille. Non aliter ac contingeret; illi, qui solus orbem ac sphaeram ingrederetur: nam tunc verius clarissime agnosceret solem esse naturam suam lucidiorum magisque visibilem, quam vis radiorum ipsius confusionem minus videret, quò magis eum esse cognosceret visibilem: sic planè anima ipsi DEO iustitiae vero soli ineffabiliter copulata, licet mentis oculos præ immensa DEI claritate & incomprehensibilitate, velut quibusdam splendidissimis radiis reverbata caliget, & incomprehensibili ipsius objecti luce succumbat, experientia tamen ipsa, appetitum quàm antea DEI claritatem & incomprehensibilitatem agnoscat.

Hanc intellectus operationem S. Mater TERESIA, à DEO divina revelatione edocta, in *lib. sua Vita*, agens de hac Unione, cap. 18. mirè explicavit. Cum enim illa scire desideraret quid in hac mystica unione intellectus operaretur, respondit ei Dominus, ut ipsa referret dicto cap. *sua Vita*: *Como no pueda comprender lo que entiendo; no entiendo entendiendo.* Quasi dicat: *Cum intellectus non possit immensam illam DEI claritatem & incomprehensibilem plenitudinem comprehendere, hoc ipsam est illam conspiciere, intelligere, se non posse intellectu cognoscere.* Et hoc quidem nihil aliud est, quàm DEUM sub ratione incomprehensibilitatis videre ac cognoscere.

Thom. à Ista Oper. Tom. II.

Eodem ferè modo piissimus Blossius c. 12. *Spiritual. Insuper*, explicavit, dicens: *Hinc præ cognitione facta sine cognitione, in solo amabili, modo, simplici & ignoto DEO quiescit; lux quippe divina propter nimità sui claritatem inaccessibile est, unde & caligo appellatur.* In hac quidem divina caligine, in qua suavissima DEI unio perficitur, DEUS intellectum mirra luce perfundit, ut eum ineffabili quodam modo videre possit: nam tunc altiorè anima de DEO assequitur cognitionem, quàm unquam aliàs fuerat consecuta; nam per rapidissimam de DEO notitiam (dum ei supremus apex affectivæ potentiae per amorem realiter unitur) plura & altiora, quàm antea per revelationes ac visiones cognoscit; videtur enim ibi DEUS ab intellectu ineffabili modo. Quare sicut in dono Sapientiae prius est gustare DEI suavitatem, animamque media charitate uniri cum DEO, quàm experientialis DEI cognitio sive contemplatio, quæ est effectus doni Sapientiae, gustetur: ita quoque in hac mystica Theologiae contemplatione prius est DEUM animæ uniri, quàm DEI ipsius animæ illapsum & præsentis istam rapidissimam cognitionem infundi, juxta illud *Gustate, & videte.*

In hoc enim statu illud annotare oportet, has duas potentias sic divinæ claritatis unitas miro modo affici, quemadmodum & ipsa anima, in qua residet ista potentia, afficitur: quæ quidem in similitudinem candentis ferri, propria forma non amittit, sed ex inspecta gloria incensa, & divinæ loci configurata, jam quasi in aliam gloriam transiit, in eandem imaginem transformatur, in quo DEUS esse se genus & imaginem facillè demonstrat; sicut & ferrum (exemplum est Richardi Victorini de *Gradibus violentæ charitatis*) dum candet, ignem mirificè repræsentat, illiusque proprietatibus pollet. Ita quidem, proportionè servatâ, in eum ferè modum intellectus & voluntas afficiuntur, quæ potentia in centrum vel fundum animæ, sive, ut Richardus docet, ut *supra*, in profundum animæ à DEO vocantur. *Ubi ergo sunt?* (inquit & loquitur de potentia in ista ecclesiâ, & respondet ipse Auctor.) *In eo quò interiorius est sui, profundum est cor hominis. Non ergo educuntur, sed induuntur spiritus in illo interiori caverniculo quodamque & illic clausis foris sum sensuum ostia securus severitatis, castissimo complexu conveniunt cum dilecto, & ibi melius secum suas, & cum sic ibi sunt simul rursus se habent.* Hæc ille.

Itaque tunc introducuntur istæ duæ nobilissimæ potentia, licet propius accedat voluntas in quamdam vastissimam quasi Divinitatis solitudinem, ubi voluntas DEUM ipsam præsentem ineffabili sentu percipit: intellectus verò, amissâ omnium rerum varietate ac distinctione, & universis etiam imaginibus nobilissimis superatis, divinæ lucis incomprehensibilibus radiis percussus, DEUM sapientissimè ignorare (cum tamen illum tunc cognoscat peripicacius) à D. Dionysio Areopagita verè dicitur, eo quòd DEUM ipsum in immensa illa caligine & tenebra (quæ quidem omnia alia luce in viatoribus splendidior est) agnoscat. Intellectus quippe, neque DEUM videri in propria divina immensa natura, neque imaginibus (ut in aliis gradibus contemplationis non ita nobilibus) speculari, sed in caligine quamdam veluti caliginem demeritur, atque ipso DEO circumfusis, serenissimè à planè & tranquillo cognoscit, nesciens tamen quid sit DEUS, ac seipsum agnoscat; tunc enim illum sibi in nebula præsentissimam tenens, divini quodam modo cognoscit, qui reliquos modos & notitias, quæ de

Ee

Deo

DEO aut scribuntur, aut concipiuntur, immenso superat & antecellit intervallo. In hac revera caligine, vel nebula, vel tenebris (ut in montis apice contigit olim Moysi) clarius ac defecationi jam intellectus acie cognoscitur, quam aut sermonibus exprimi, aut sine experimento possit cogitari.

De hac mirabili cognitione (quam DEUS in illa tenebra & caligine ineffabili modo se manifestat) utpote experta B. Angela Fulginiensis cap. 25. seorsum primam consolationem, quam a DEO acceperat, exponens, alius apertius lucidiusque tractavit. Et post istud (inquit) vidi DEUM in tenebra una, & idem in tenebra, quia est majus bonum, quod possit cogitari, nec intelligi, & omne quod potest cogitari vel intelligi, non attingit ad illud: & tunc data fuit anima fides certissima, spes secunda & firmissima, securitas de DEO continua, ita quod absulis omnem timorem: & in illo bono quod videtur ita in tenebra, recollegi me totam, & facta sum ita secunda de DEO, quod non possum dubitare de eo, quin DEUM habeam certissime, & in illo bono efficacissimo quod videtur in tenebra, est modus spes mea tota recollecta & secunda. Frequenter igitur video DEUM illo modo, & illo bono quod narrari exterius non potest, nec etiam cogitari corde. In illo inquam bono certissimo & incluso, quod intelligo cum tanta tenebra, habeo totam spem meam, & in videndo quidquid volo habere, totum habeo; quidquid volo scire, totum scio; & video ibi omne bonum. Nec anima in videndo potest cogitare de discessu ab illo bono, nec quid debeat de caetero discedere, sed delectatur ineffabiliter in illo omni bono, & nihil videt omnino anima quod narrari possit ore, nec etiam concipi corde, & nihil videt, & videt omnino omnia. Et quia illud bonum est cum tenebra, ideo magis videtur in tenebra, & est secretissimum. Et postea video cum tenebra, quod superat omne bonum & omnia, & omne aliud est tenebra, & omne quod cogitari potest, est minus illo bono.

Et intra: Sed isto modo quando videtur DEUS in tenebra, non apportat risum in ore, nec fervorem, nec devotionem in corde, nec ferventem amorem, quia corpus non tremit, nec movetur, nec sic alteratur sicut consuevit fieri in aliis; corpus enim nihil videt, sed anima videt, & corpus quiescit & dormit; & truncatur lingua, quia tunc nihil potest loqui. Et omnes amicitias, quas DEUS ostendit mihi multas & inenarrabiles, & omnia verba dulcia ab eo mihi data, & omnia alia data factaque in tantum sunt minus illo bono quod video, cum tenebra tanta, quod non pono spem meam in illis; imò si possibile esset quod omnia essent non vera, nullo tamen modo minuerent spem meam, nec minueretur spes mea securissima, que est certa omni illo bono quod video cum tenebra tanta. Ad istum autem prædictum modum altissimum & omnino ineffabilem videndi DEUM cum tanta tenebra & supermirabili gratia visionis, est mens mea a tribus tantum vicibus elevata, quamvis multis & innumeris vicibus viderim istud omne bonum semper cum tenebra, sed non prædicto altissimo modo cum tanta tenebra.

Et intra: Video enim sanctam Trinitatem in tenebra, & in ipsa Trinitate quam video in tanta tenebra, videtur mihi quod ego stem & maneam in ejus medio, & illud trahit me plusquam res alia aliqua quam bacillus habuerim, vel aliquid bonum quod viderim, ita quod istud non est comparatio ad illa. Hactenus beata Angela.

Cur hæc Dei cognitio Theologia Quæ certè DEI cognitio sive contemplatio, ab illo suavissimo DEI gustu & perceptione promanans, Theologia Mystica merito appellatur, utpote quæ in secreta DEI visio sive contemplatio:

nam DEUM potius per caliginem quam per aliam mysticam quas similitudines altissimo modo cognoscit. Unde manifestè constat, in præfata unione non petur, omnino silere potentias, quasi silentium illud esset corporalis paroxysmus, ita ut nec voluntas, nec intellectus operentur; sed dulcissimam tantum DEI sustineant operationem (ut Mystici quidam existimant) imò potius illa potentie eo tempore divinissimo efficiuntur modo: nam tunc intellectus (ut vidimus) tranquillissimus & altissima contemplatione patitur, & voluntas suavissimo DEI amplexu ac fruitione recreatur, tota denique anima in DEO tamquam in suo centro dulcissimè requiescit. Et hæc de primo & secundo tempore hujus felicissimæ Unionis dicta sufficiant.

Rursus hujus secundi gradus infusum intellectui à DEO lumen amplius exponitur.

§. 3.

SOLET etiam clementissimus DEUS tempore hujus felicissimæ unione (ut sapientissima Mater TERESIA libro sua Vita cap. 18. docet) intellectum solvere, ut inaccessibiles divinus ac dona ineffabilia, quibus tunc anima fruatur, clarius dignoscere possit, necnon alia quoque divina mysteria in intellectuali visione animæ manifeste, quod est veluti tertium tempus five status animæ illa divina unione fruentis, per quam certè manifestationem naturæ divinæ attributorum ac divinarum proprietatum in intellectualibus imaginibus clarissimum lumen acquirit. Potissimum vero miratur liberalissimam illam divinitatis communicationem, seipsam tam ad intra quam ad extra immentia sua bonitate mirabiliter effundens. Unde grandis in anima fiducia generatur, ut cum DEO familiariter agat. Ibi etiam lumine divinitus infuso gignitur insignis perspicacitas, ad penitissimam sacre Scripturæ sententia, & divinæ sapientie atque cana penetranda: quoniam non solum animam, verum etiam corpus & sensus mirificè perficitur, ut S. Mater nostra TERESIA Manf. 7. cap. 1. & 2. docet, quia tunc (ut ipsa ait) potentias animæ quasi ligatas & absorptas solvens DEUS, ineffabilia ex representat mysteria. In illa, inquit, mansione, in visione intellectuali quadam veritate ipsius representatione, anima sanctissima Trinitas manifestatur per quamdam inflammationem, que primitus in intellectu descendit ad instar nubis lucidissima, ac supra quæ dicitur quæ claræ, & per admirabilem vocitatem, que tunc anima communicatur, cum summa veritate cognoscit omnes tres sanctissime Trinitatis personas esse unam eandem substantiam, unam potentiam, unam sapientiam, ac denique unum DEUM. Taliter ut ea qua hinc per se credimus, tunc anima quasi intuitivè (ut si dicam) videat, etsi non oculis corporeis, cum hæc visio non sit imaginaria. Tunc omnes tres persone sese anima communicant, cum illa loquuntur, & illam manent ejus intuitivum, ut intelligat illa Evangelicæ verba: Ad eum venimus, & mansionem apud eum facimus. Hactenus S. Virgo TERESIA.

Adverte, quam consultò & cavè rerum spirituum Virgo periosissima dixerit, quasi intuitivè, denotans, hæc Visionem ac rerum altissimam à intellectualem contemplationem non esse omnino intuitivam, sed quasi intuitivam; significans esse mediam sanctissimæ Trinitatis cognitionem inter abstractivam & intuitivam: nam tunc anima nec

Thom
Oper Spirit
T. II
OTT

omni
prehe
volut
in rei
gat, t
Que
ind
expe
Mo
nem
temj
Th
plat
tam
hab
seq
vili
tho
glor
fio
inc
de
cc
vi
in
D
Hæc lux
me de
curatur
i Doctor
ribus
mysticis.
vid. nob
B. Joh. B.
Exp. s.
tion. is
hæc dicit
cap. 18. de
de ab illo
vid. m. s.
B. P. Jo.
ana. C. v.
ce, Joan.
& Joseph
à Joh.
Manf. &
Philip.
à SS. Tri.
nit.
Quæd
obiter
do circa
dicta. l.
M. Ter.
sua.
omni
Lumen
à Deo
commu
nicam
per m
dum a
ctus, e
perfe.

Tertius lucis & contemplationis consequens divinam Unionem gradus.

Primus gradus amoris ipsam divinam Unionem præcedens.

§. 4.

§. 1.

vid. nost. **T**RANSACTIONE hac divina unione, anima que ad seipsam, ecstasi cessante, reversa ex gratia & ei Tom. 7. lucis plenitudine, quam ibi uberrimè in suo fonte, unionis tempore degustavit, divina quædam claritas in intellectu remanet; eamque habituali suo splendore suaviter illustrat, ad eum ut in cunctis virtutibus veram præstat ac indicet discretionem. Hujusmodi deinceps hominibus nulla est revelatio necessaria, neque supra sensus rapti opus habent, quandoquidem vita, conversatio, & habitatio eorum supra sensus & inferiorem animæ portionem in spiritu agitur, ubi quicquid sibi, vel eis, vel aliis necessarium est, DEUS manifestè solet inspirare.

Præterea, quotiescumque volunt, celsissimam DEI naturam, & incomprehensibiles illius proprietates illuminatis oculis facillimè contemplantur, & non raro, pendente lumen DEO, quod in manibus absconditum portat, ad divinam unionem percipiendam dulcissimè rapiuntur. Crescit etiam in his quotidie divinum illud à DEO infusum lumen, & ad ejus incrementum, mirabiliter quoque augetur amor, hacque ratione suavis fit circulus, cum ingenti amoris & lucis augmento. Plura dicemus inferius de splendore intellectus ac luce relicta, transacta hac divina unione, illius mirabiles effectus ampliori discussu recensentes.

Neque alienum ab ipsa veritate existimo, purissimis aliquando mentibus in hujus mortalitatis regione adhuc peregrinantibus scientiam, quam per se infusam Theologi vocant, saltem his, quæ spirituale connubium sive matrimonium cum DEO contrahere, ab ipso DEO, quoad actum saltem, aliquando infundi. Quid verò sit hæc scientia per se infusa, & quid lumen & species per se infusa, transeuntè & per modum actus, plenius lib. 6. de Contempl. cap. 6. pertractavimus. Quod quidem lumen infusa scientia non solam primo parenti, sed & aliis Ecclesie præcedentibus à DEO fuisse communicatum, ut probabilis & certius indicavimus. Recolenda sunt ea, quæ ibi latiori sermone disseruimus.

CAPVT XVII.

Ardentissimi amoris & delectationis affectus, qui in hoc divino anima cum DEO connubio exercetur.

Vid. scilicet. **I**n hoc secreto animæ cum DEO connubio, in 6. modo ceteras animæ potentias, voluntas ardentissimo amore flagrat, & quasi consumitur, cum enim ipsa DEUM complectatur, majores ceteris ex illo uberrimo fonte aquarum viventium rivulos, nempe amoris & delectationis exhaurit. Intellectus (ut antea diximus) per lucem increatam altiori & sublimiori modo, quam umquam aliàs, non tamen clarè & distinctè, DEUM ipsum percipit: voluntas verò in ipso amoris & delectationis fonte lapidissima divinæ suavitatis fluentia degustat. Operæ tamen præmium erit, majoris claritatis gratiâ, hujus divini amoris, divinam hanc unionem concomitantis (sicut antea de luce fecimus) in tres gradus dividere,

Huius ergo divini amoris primus gradus contingit, cum anima astanti illo & impatienti amore, præ nimio sponis desiderio, languet omnino. De quo plura scripsimus lib. 2. cap. 7. Ad hunc quidem amoris languorem liquefactio consequitur, quæ videtur esse immediata, ut erodit Richardus de amor. inseparabil. cap. 4. docet. *Ut autem, ait, hac unitiva virtute concurrere possint affectus amantium, cor amantis à se liquefieri esse, ut transfundi possit, & transformari, & in illum quem amat mutari, & uniri alteri, quemadmodum aqua stilla infusa vino deficere à se tota videtur, dum alterius saporem induit & colorem.*

Et paulò inferius: *Factum est (ait ille) cor meum tamquam cera liquefens. Res liquefendo molitur, dilatur, purgatur: & nunc hunc triplicem effectum considerat in amore, qui verè ignis divinus est corda resolvens, purgans, & conflans in massam unitatis, quemadmodum varia metalla soluta igne concurrunt in unum.*

Et infra: *Et vide tu, ne forte Propheta senserit id ipsum, qui cum cor suum cera liquefens comparasset, protinus adunxit, In medio ventris mei. Liquidum ergo fuit, sed extra se non effluabat. Solus effluit, qui se intendit alio, ut sibi non attendat. Videt, ait, Apostolus, ne forte persuasit. Neque etiam necesse est in his excessibus, quibus humani spiritus iustis sensibus divino munere avelluntur, extra se esse dicamus, cum Paulus in suo raptu, an in corpore, an extra corpus fuerit se dicat profusus ignorare. Ubi ergo sunt? inquit. In eo quod interius est sui. Profundum est cor hominis, & inscrutabile: homo enim in a secretis suis est, quid solus suis ipsius noscat quod interius. Non ergo educuntur, sed inducuntur spiritus in illo interiori anaculo, quodque & illuc clausis seorsum sensuum estis secretis secretisque castissimo complexu conveniatis cum dilecto, & ibi melius secum sunt; & cum se ibi sunt simul, tutius se habent. Porro cor liquefactum purgari necesse est, & ad purum excoqui, si quam habet sordem, ipso amore, qui ignis consumens est, palas ignorantiæ & delicta juventutu purgans, & purgatissimam animam faciens, divino dignam conjugio, non habentem maculam neque rugam. Hæc Richardus, qui cordis liquefactionem, dilatationem, & purgationem esse omnino necessariam, ut cor amantis transfundi possit, & in illum quem amat mutari, & uniri alteri ostendit, non aliter quam aquæ stilla infusa vino deficere à se tota videtur, dum vino unitur, & in illud transformatur, illius saporem & colorem induens.*

Nec otiosum esse putes amorem in isto primo gradu nam miris amoris exercitiis ibi sub umbra expectans sponis adventum, præcipue verò quinque, quæ sunt intrinsecæ & ardentissimæ charitatis signa, fulcitur. *Primum*, sunt intima & profunda suspiria, quæ quasi quosdam amoris nuntios, donec eam præsentia Dilecti visitet & visû reficiat, emittit. *Secundum*, sunt alta desideria, quibus forsimum mens effertur, nec quiescere potest donec ad locum suum, id est, ad amatum, per veniat. *Tertium*, sunt cogitationes languidæ; præ magnitudine enim amoris omnia temporalia, imò & spiritualia animæ fastidium inferunt: sola enim Dilecti præsentia potest esse contenta. Ex quo sequitur *quarta* exerc-

exercitium, quod nihil aliud est, quam expectatio
 tardiosa; nam concupisus amoris impeditur vel re-
 tardatur, qualitercumque tota mens turbatur,
 & expectatione attenditur. Amanti enim omni-
 mora nimis longa videtur, & qualibet expectatio
 onerosa. Quintum exercitium in hoc statu, sunt
 affectus estaticæ: nam tunc potius est ubi-
 amas, quam ubi animat: amor enim ibi est ita effi-
 cax, ut vehementer tendentiam in rem amatam
 efficiat. Hæc amoris perfecti exercitia larvis pro-
 sequitur D. Bonaventura *Itiner. 4. & eternit. dist. 4. art. 4.* & quia plenius de hoc amore divinam U-
 nionem antecedente prædicto cap. 7. & alibi sæpe
 scripsimus, ad secundum amoris gradum prope-
 remus oportet.

*Secundus amoris gradus, in quo hæc felicissima
 unio cum DEO consistit.*

5. 2.

SECUNDUS VERO amoris gradus ille dicitur, quan-
 do mens hominis tota liquefacta, in illam ra-
 pitur divini luminis abyssum, ac omnium penitus
 & suis ipsius oblitâ, tota in DEUM suum transit.
 De hoc secundo amoris gradu, quem sextum a-
 moris actum vocat Dionysius Carthusianus de
 Fonte lucis, capite 17. ait: Sexus actus & gradus est
 à seipso prioris deficiente: atque de se ipse, ita ut ta-
 liter amans cum Apostolo fateatur: *Vivo jam non
 ego, vivit verò in me Christus.* Languorem namque
 mors contemni solet. Itaque super dulcissimus ac
 suavissimus DELUS se ab anima amorosa cum
 tanto more expectari, cum tanto desiderio app-
 peti certens, cum ingenti dignatione ac mira liber-
 talitate ad illam reveritur, ad elationem, quam ante
 sui contemplationem, ac calidiorum amorem eri-
 gens eam in tantum, ut ferre nequeat. Quemad-
 modum Jeremias Propheta cap. 20. testatur, *Factus
 est sermo, in quibus, Domini in corde meo quasi ignis
 assuans, & defecit ferre non sustinens.* Et alius: *Concu-
 piscit & defecit anima mea in atria Domini.*

Raptus e enim & absorptus, introductus &
 immerfus in divitias gloriæ, in oceanum
 Deitatis immersus, præ admiratione incompre-
 hensibilis Majestatis, & entis æterni profusus inde-
 pendentis, nulliusque indigentis, cujus nulla est
 causa, in cujus manu sunt omnia, defluit profusus
 ac defecit à seipso, transiitque totus in principium
 majestatis, in fontem luminis, & Deitatis abyf-
 sum: conquefcens atque obdormiens in dilecto,
 & aliud nihil advertens, prædominante in ea in-
 tuitione caliginis, totamque præoccupante ardo-
 re amoris. Quod vir sanctus adverteos, Inflammatum
 est cor meum, inquit, & renes mei commutati
 sunt. & ego os meum redactus sum, & nescivi: Plal.
 71. O quam benè & optime est tunc animæ amo-
 rosa, quam serena, quam jucunda, quam castiformi-
 ta ac tranquilla sunt omnia tunc in ea! Ubi tunc
 nebule vitiorum, turbines passionum, involutio-
 nes phantasmatum, varietate distractionum, in-
 quietudo tentationum? nonne à præsentia Solis
 justitiæ, à conspectu & ardore atque fulgore Solis
 sapientiæ fugiunt omnia illa? Hæc ille.

In hoc itaque gradu anima suo sponso feliciter
 unitur, & sic in cælo silentium quasi dimidia
 hora, & quidquid molestiæ an eâ fuerat, absorbetur
 à gloria. Hic dum mens à se alienatur, dom in
 illam divinam & arcanam unionem rapitur, dum
 ab illo divini amoris pelago undique circumda-

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

tur, ac intus penetratur, seipsam penitus eruit
 divinum quemdam affectum induit, & inspectæ
 pulchritudini configurata, tota in illam gloriam
 in DEUM transformata transit. Sub hoc itaque
 statu mens fugit mel de petra, oleumque de saxo
 durissimo, & sub illo Divinitatis montes (sic est,
 DEUS ipse animæ unitus) stillant dulcedinem, &
 Deitatis colles flunt lac & mel, ipsaque Domini
 gloria fœderis implet tabernaculum: sic autem
 suam præsentiam infinitè amabilem exhibet, ut
 faciem suam minime ostendat; amorem & dul-
 corem infundit, sed faciem suam & decorem
 suum non ostendit; nondum enim in hac vita ap-
 parerit in lumine, quamvis in amoris igne se mani-
 festerit: unde in hoc gradu anima dilectum suum
 ipsam deosculantem sentire omnino potest, vide-
 re tamen non potest.

Cogita igitur, quanta erit amoris magnitudo,
 qua Beati ex unione suæ voluntatis cum suo mo-
 bono fruuntur in gloria, quia ea quam jacti in hac
 vita percipiunt, non malum dicitur ad illa: licet
 enim anima DEUM non videat, dicitur tamen
 vivere cum DEO, vivere de DEO, esse in DEO,
 & DEUS in ipsa, qui est omnia in omnibus: dicitur
 etiam habere & possidere DEUM, qui est
 summum bonum, & ubi est summum bonum, ibi
 est summa felicitas, ubi vera lætitia, licet non om-
 nino plenè, dum peregrinamur à Domino. Et
 hinc quidem inchoatæ beatitudinis jure congruente
 possunt carmina illa, quæ Hugo Victorinus lib. 1.
 de Anima, cap. 4. in laudem æternæ vitæ compo-
 suit:

*Est ibi pax, pietas, bonitas, virtus, & honestas,
 Gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis,
 Gloria, lux, requies, amor, & concordia dulcis.*

Hæc omnia reperiantur in isto spiritali DEI &
 animæ matrimonio: cujus quidem thalami nup-
 tialis conditiones, in quo nobilissimum istud ani-
 mæ cum DEO connubium celebratur, aptissime
 præscripti Laurentius Justinianus in lib. de Casto
 connubio, cap. 25. dicens: *Thalamus quidem nuptialis
 est, in quo casta Verbi & anime connubia consum-
 mantur, & itaque in sede propria suaviter resider
 sapientia. In eum non audent irrumpere adversarii
 propter Angelorum custodiam vigilem, à sponsi inha-
 bitantibus: ut à facie gladii fugiant aspectu. Ibi jugè ce-
 lebratur convivium, & vitulus comeditur sapiens
 saginatus. Pax in illo gustatur interna, securitas an-
 quillitas, tranquilla felicitas, jucunditas magna, fides
 serena, amabilis societas, oscula unitatis, contemplatio-
 nis delectatio, suavitas in Spiritu sancto; ibi cæli janua
 est, & paradisi porta.*

Sponsa frequenter de thalamo ascendit in cælum,
 & de cælo jugiter sponsus descendit in thalamum.
 Non pavida, non de salutis incertis ingrediatur spon-
 sam superiorum mansiones, sed tamquam in dilecti
 domum & in propriam possessionem. Ut enim emer-
 ret illam, vendidit sua, & tradidit egeno. Ut illam lu-
 craretur, pugnavit cum tentationibus; pugnavit
 cum spiritibus iniquam, quotiesque pugnavit contra
 se. Non temerariè, sed considerenter mirat in atria
 sponsi. Nam est alius advena fuerit sancti illius
 civitatis, nisi videretur facta est sanctorum; &
 sponsa Verbi, cui ex amoris privilegio, omnia qua
 sunt sponsi debentur. Amor quippe verus nihil priva-
 tum habet, nihil proprium, sua seque ratione im-
 periturus; ea quoque lege, ea charitate quo solum
 propria, vitur alieno. Ex amoris igitur nutu exube-

E c 3

Spiritus
 hinc ma-
 trimoniis
 inter
 Deum &
 animam
 bonis &
 felicitas
 delectabi-
 tur.

rancia, tanta est inter Verbum & animam familiaritas, locutionis fiducia, gloria certitudo, & conditionis inconsideratio. Numquam præsumeres anima, quamvis mundi, quamvis sancta, accedere ad Verbum, loqui illi, importunisque petitionibus invincibilem vincere, si non ante veniret amor.

Et infra: Postquam fidelis anima connubii vinculo Verbo sociata est, innovata sunt signa, prodigia immutata, & antiqua restaurata miracula. Dum Sapientia ex Altissimi ore prodicens, in montibus saliens, collesque transiens, humana illabitur menti non recessura, sed ibidem perpetuo moratur a. Merito igitur pro tanti laude connubii observanda est dies & hora, quando Verbum ingreditur in mentis thalamum, & una cum sponsa grata captat secreta silentii. Clauculo quidem diffundis, sunt vernantes flores, convallium lilia, & rosarum odora, ut thalamus omnis suaviter redoleat. Tunc Prophetarum cuneus sancto ferventium Spiritu advocandus est, una cum Patribus omnibus Testamens veteris: universi quoque nova Legis Sancti, & precipue Virginum sacriatus numerus invocandus est, ut consona modulatione epithalamii huius efferant praetonia: ipsa etiam Angelorum & Archangelorum, ceterorumque beatorum spirituum agmina, necnon & cantores omnes atque cantatrices caelesti Jerusalem & curia paradisi exhortandi sunt, ita ut ipsorum nullus remaneat, qui venerandi connubii non serps excubias.

Resonet ibi organa, & vox sambuca ac psalterii benesonantis, sonus exultationis, jubilationis ac laudis per universum audiatur orbem. Ascendat nubium altitudinem, transcendat alta calorum, & ad aures usque perveniat Domini exercituum, illicque immensas referat gratiarum actiones pro tanti dignatione mysterii, tamque exuberantissima Unigeniti sui charitate: omnis quippe laus, omnis honor & gloria exigua est tanti respectu connubii. Hæc ille.

In hoc etiam gradu aliquando præ amoris & voluptatis magnitudine cor ipsum dilatatur, & aperiis poris ac patentibus quasi rumpitur. Unde, licet amor boni non sit passio quæ læsionem inferat, ex vehementiori tamen intentione sua corpus etiam lædit, ipsumque fauciat; unde cor in illa expansione læditur quidem, sed absque dolore: hæc enim est dulcissima quædam passio, qua cor ipsum affici mirabiliter concupiscit. Solet tamen adeo suavissima hæc læsio ingravescere, ut mortem quoque felicissimam inferre consueverit: invalescit enim amoris imperus, & cor ex ardenti illo desiderio DEI tantum angitur, ut passioni succumbat.

Quod quidem sanctæ mortis genus beatissima Virgo MARIA colisse videtur: quin & ipsa quoque S. Virgo TERESIA (ut Epitcopus Turianensis in ejus Vita refert) illud idem nacta fuisse videtur, quemadmodum ipsa post suam è vita discessum apertè manifestavit. Similis certe fuit obitus, quo quidam miles interit, qui pluribus Terræ sanctæ locis devotè percultratis, in locum denique suavi JESU Christi memoria maximè celebrèrem atcendens, tanto amoris igne medullitus flagravat, adeoque subtili cordis læsione fauciat fuit, ut ex ipsa amoris intensissimi violentia animam feliciter cessaverit.

Vid. Balth. à S. Cathar. in cap. 5. mansion. 6. Castell. anima S. M. Teres. & Josephum à JESU-MARIA lib. 5. cap. 14. vita B. M. ARIÆ pug.

TRANSACTO hoc ineffabili & jucundissimo anime cum DEO connubio, quod quidem brevissimo tempore, & forsitan vix ad horam perdurat (ut Patres communiter fatentur, & S. Virgo TERESIA lib. sup. Vita cap. 18 scribit) mirabiles amoris & lucis, aliarumque virtutum affectus in animam derivantur. Jam anima, quæ in cella vinaria antea fuerat ebria, sobria egreditur, caelestibus tamen divitiis, ac gemmis pretiosissimis tam lucis quam amoris condecorata. Licet enim amor ille fructivus, illa actualis unio, & divinus cum DEO nexus cessaverit: manet tamen adhuc in voluntate, illa elapsa ebria unione, alia quædam unio (non minus nobilis ebria illa) quæ sobria dicitur.

Cum igitur anima in superiori amoris gradu divino amore succensa, in DEUM fuerit transformata, ex illo igne divino (de quo loquitur Jeremias cap. 1. Thren. Immisit, inquit, ignem in osinum meum, & erudit me) maximus planè charitatis ardor in voluntatem, ac intelligentie lumen in intellectum dimanant, qui quidem ardor charitatis eam tranquillo quodam & quieto amore delectabiliter afficit, nec erumpit ut antè impatiens & æstuans amor efficiebat, sed potius est omnino silens, purus & perfectè defæcatus vel excoctus ad instar olei, quod amplius non superest, cum fuerit sufficiens ebullitum. Hic amor nobilior est alio, sicut aurum teritur, & subtilior, sicut aer aqua, qui continuo trahit animam ad jugem & supereminentem cum DEO unionem. Calor autem hujus amoris tam efficax est & penetrans, ut ossium medullas ac totum hominem consumere, & quasi ignitum carbonem in immensam illum divini amoris ignem trahere & transformare videatur.

Ille verò ardentissimus amor, transacta illa fructiva unione, quasi per modum habitus voluntati à DEO conceditur; manet enim in anima omnino radicans: neque sicut ille prior, erit pertransit, sed continuo potius ac perenniter à voluntate divini amoris incendio ignita profluit, qui animam in hoc statu ad divinæ voluntatis nutum facile applicat & accommodat, in qua quidem plena conformitate Christianæ perfectionis summa consistit. De hujus verò gradus ardenti charitate, ce. eiusque virtutibus, præclarè Richardus de Gradibus violentæ charit. scripsit, dicens:

Cum igitur anima in hunc modum divino igne fuerit decocta, medullitus emollita, penitusque liquefacta, quid jam supererit, nisi ut proponatur ei, quæ sit voluntas DEI bona, beneplacens atque perfectæ, quasi quædam ad quam informetur consummatæ virtutis formula? Sicut enim ex clusores liquefactis metallis, propositis que formulis, quamlibet imaginem pro voluntatis arbitrio excludunt, & vana quælibet juxta modum congruum formamque destinatam producunt; sic anima in hoc esse ad omnem voluntatis divinæ nutum facile se applicat, imò spontaneo quodam desiderio ad omne ejus arbitrium seipsam accommodat, & juxta divini beneplaciti modum, omnem voluntatem suam informat.

Et sicut metallum liquefactum quocumque et via aperitur, facile ad inferos currendo delabitur:

Summa unio tribuit ardor charitatis expatiatur.

Quomodo homo efficiatur quodammodo immortalis & impassibilis.

Aprius imitandus amplius declaratur.

tur: sic anima in hoc esse ad omnem obedientiam se sponte humiliat, & ad omnem humilitatem iuxta divinæ voluntatis ordinem inclinat. In hoc itaque statu animæ ejusmodi præponitur forma voluntati Christi: unde & dicitur ei ad Philip. 2. *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo f. ESV: qui cum in forma DEI esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem DEO; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit autem semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Hæc est forma humilitatis Christi, ad quam conformare se debet, quisquis supernum consummata charitatis gradum attingere volet.*

Et infra: *Qui igitur in hoc gradu est, veraciter dicere potest: Vivo autem jam non ego, vivit verò in me Christus incipit ergo in novitate vitæ ambulare, qui ejusmodi est, quia de reliquo sibi vivere Christus est, & mori lucrum. Coarctatur sanè è duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo: multo enim melius permanere in carne necessarium ducit propter nos; charitas enim Christi urget eum. Fit igitur nova creatura, qui hujusmodi est; vetera transierunt, & ecce nova facta sunt omnia, in tertio enim gradu mortificatus, in quarto quasi resurgens è mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur; quod enim vivit, vivit DEO. Secundum aliquem igitur modum anima in hoc gradu efficitur immortalis & impassibilis: quomodo enim mortalis est, si mori non potest; aut quomodo mori potest, si ab eo separari non potest, qui vita est. Scimus satis cujus sit ista sententia, Ego sum via, veritas, & vita: Joan. 14. Quomodo ergo mori potest, qui ab illis separari non potest? Certus sum, inquit Apostolus Rom. 8. quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Archangeli, neque Principatus, neque Potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate DEI, quæ est in Christo f. ESV. Nonne ille secundum aliquem modum impassibilis videri potest, qui illata damna non sentit, qui semper ad omnem injuriam hilarescit, & quidquid inferat ad penam, totum præsumit ad gloriam, juxta illam Apostoli sententiam 2. Corinth. 12. *Libenter gloriabor, inquit, in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. quasi enim impassibilis manet, eoi in passionibus & contumeliis pro Christo complaceat. Propter quod complaceo mihi, inquit, in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Qui in hoc gradu est, dicere fidenter potest: Omnia possum in eo, quæ me confortat, eò quòd sciat laetari & elatari, & ab andare & penuriam pati. In hoc gradu charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. In hoc gradu charitas benigna est, passiva est, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt.**

Et paucis interjectis, postquam de amore & transformatione in Christum & patiendi desiderio dixerat, de ardentissimo quo ferantur erga proximum amore, addit, dicens: *Qui ad hanc charitatis gradum ascendit, absque dubio in hoc gradu amoris est, qui veraciter dicere potest: Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Demique cupit anathema fieri à Christo pro fratribus suis, qui ejusmodi est. Quid ergo dicemus? nonne hic amoris gradus videtur animum hominis quasi in amenitatem vertere, dum non finit eam in sua æmulatione modum in eandem rampe tenere? Nonne summæ amenitæ videtur*

esse, veram vitam repellere, summam sapientiam arguere, omnipotentia resistere? nonne vitam repellit, qui pro fratribus à Christo separari cupit, sicut & ille qui dicit Exod. 32. *Aut ignosce illis hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti.* Nonne sapientiam arguere, seu docere velle videtur, qui ad Dominum loquitur Gen. 18. *Abste à te, ut hanc rem facias, & occidas cum impio justum, fiatque justus sicut impius: non est tunc hoc, qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium.* Nonne omnipotentia resistere tenetur, Omnipotentisque iram mitigare homo præsumit atque prævaluit, quando jam egressa sententia à Domino, quando jam sævientis incendio, igni furenti homo se obicit, & timentes ac morientes medias inter fletus, necessitati que finem imponit? Ecce in quantum præsumptionis audaciam consummatio charitatis solet mentem hominis erigere! Ecce quomodo facit hominem ultra hominem præsumere! Sic enim totum plus est quam humanum quod de Domino præsumit, quod pro Domino agit, quod in Domino agit, quod in Domino vivit: totum mirum, totum stupendum. Quantum præsumit de Domino, tantum se dejicit pro Domino: quantum ascendit per præsumptionem, tantum descendit per humilitationem; sicut supra hominem est quò ascendit per fiduciam, sic ultra hominem est quò descendit per patientiam. Hactenus Richardus.

Præterea, teste Carthusiano de Fontelucis, cap. 15. ex isto procedit amor & gloriatio in adversis, castigatio carnis, custodia cordis, humiliatio mentis, despectio terrenorum, desiderium æternorum, & omnis actus virtutum. Cumque amor privatus omnium sit radix victorum, constat quòd eò evulso, cuncta eradicentur peccata. Quo facto, replent cordi interna munditia, & charitas DEI pura, fortis, fixa, ac fervida, sicque ad omne bonum & illuminationes altissimas ac frequentes, & quasi continuas, ad inflammationes æt. altissimas, ad transformationem Deificam, ad aptum, ad celestium, ad exercitationem secretissimam, tranquillationem dulcissimam, imò ad vitam Angelis proximam est anima tum disposita, statque velut in contactu continuo Solis æterni, Solis justitiæ, Solis sapientiæ infinitæ, ut exuberantissimè ac indefinenter illustretur, calefiat, penetretur, impleatur, ac inonderet ab illo, & instar speculi resti, per vii & politu, luminosi atque clarissimi objecta, subtrata, ac applicata est superlucidissimo Soli immenso. Idcirco non cessat Sol ille liberalissimus stillicidia gratiæ, fluentia sapientiæ, charitatis scintillas in illam diffundere. Hæc ille.

Hujusmodi quidem animæ (quæ verè rarissimæ sunt) Ecclesiæ sunt bases & humilissima columen: hæc suis ardentissimis precibus & clamoribus DEI justissimi in peccatores iræ orationis & fidei securo resistunt: hæc præterea sunt, quæ à Deo sæpissimè ad heroica pro communi Ecclesiæ bono præstanda opera eliguntur. Sic S. Augustinus, S. Benedictus, S. Franciscus, sancta Mater nostra Teresa, ac sanctus Ignatius mirabili dicerentione & sanctitate conspicuus, aliique Ecclesiæ Proceres, qui & vitæ sanctitate & doctrina universam Ecclesiam illustrant.

De hoc autem tertio amoris seu unionis gradu quam plurima scitu dignissima apud sanctam TERESIAM Matrem nostram in libro Mansionum cap. 1. 2. & 3. reperies.

Quantum præsumit de Domino, tantum pro eodè quis se dejicit.

Effectus hujus amoris recensentur.

vid. not. Balthaf. in hæc capitula lib. Maf. Commentar.

Quomodo homo efficiatur quodammodo immortalis & impassibilis.

CAPVT XVIII.

Proponuntur ac solvuntur quæstiones aliquæ, circa prædictas intellectus & voluntatis operationes in hac divina Unione intervenientes.

Primo quæri potest, Quid sibi velit modus ille communis loquendi Mysticorum (quo etiam sancta TERESIA in *lib. sua Vita cap. 15. 16. & 18.* agens de operatione potentiæ, quæ ad istam concurrunt unionem, sæpè utitur) asserentes, aliquando in ista Unione omnes animæ potentias esse DEO unitas, aliquando verò tantum voluntatem, aliquando demum intellectum & voluntatem imaginatione remanente iterum libera.

Secundò dubitari potest, Qua ratione voluntas ultra intellectus operationem, illam ingrediat, ut caliginem, manente foris (ut Mystici loquuntur) operatione intellectus; cum voluntas eius sit naturæ, ut non possit quidquam amare, nisi illud prius sit cognitum ab intellectu.

Tertiò restat inquirendum, Qua ratione ista intellectus operatio unionem ipsam consequens dicatur Mystica Theologia sive contemplatio divinæ caliginis.

Quartò, Videtur valdè difficile, concedere illapsum divinum in voluntatem, sine hoc, quod iste illapsus priù fiat in intellectu, sicut de facto contingit in gloria.

Quintò, An intellectus in hac Unione objectivè, & quoad essentialia seu propria DEI, ipsam saltem obtineat cognoscat.

Sextò, An in illa contemplatione altissima intellectus, qua DEUM tempore fructivæ unionis per incomprehensibilitatis speciem lumine à Deo infuso intuetur, vel quando DEI providentia solvitur, ut superius annotavimus, ut divina aliqua mysteria sibi revelata per species intelligibiles à DEO sibi infusas cognoscat: an, inquam, hoc totum contingat sine ulla intellectu ad phantasiam conversione.

Septimò, An ista Unio fructiva possit aliquando sine ecclasi contingere.

Octavò, Quibus circumstantiis anima, quæ divinam hanc Unionem in ecclasi passâ est, possit discernere se verè DEO immediatè fuisse unitam, maximè cum sit alia Unio amoris etiam ecclasiæ, ut *cap. 5. & 12. hujus libri* annotavimus, in qua anima tota extra sensus posita, etiam in DEUM transformatur.

Nonò, An in ista unione anima certior fiat de sua gratia, & an reddatur secuta de sua acceptatione ad gloriam.

Decimò & ultimò, An unionis fructivæ tempore mens sit omnino libera, ita ut tunc temporis possit aliquid mereri.

Ad PRIMAM QUÆSTIONEM respondetur, duplicem esse hanc actualem & fructivam unionem. Alteram, in qua omnes potentie animæ simul cum voluntate absorbetur, & univertur & quasi ligantur cum ipso DEO voluntati illapso: & tunc omnes animæ superiores potentie dicuntur esse unitæ, quia ita sunt actuatae circa propria objecta, ut nulla ratione possint tunc actum suspendere, vel in aliud objectum tendere, nec ullo modo se reflectere supra propriam operationem. Præ nimia enim amoris & suavitas vehementia, quam

voluntas ex DEI illapso & deofuscatione percipit, *Traç. 4. tanta amoris vi & impetu DEO ipsi unitur & absorbitur, ut tota extra se in DEUM rapta, unita & absorpta maneat.* Idem etiam præ magnitudine divinæ lucis splendoris intellectus, & memotia tota DEO stabilita, serena & tranquilla, nullis phantasmatum nubibus obcurata suspenduntur, & à nobilitate objecti præsentis absorbetur. Imaginatio verò tunc temporis non solum suspenditur, sed omnino cum ceteris sensibus externis cõsopita manet, aliter quidem quam potentie superiores; nam illæ tunc temporis proprias exercent, imò nobilissimas operationes amoris, fructivæ, & divinissimæ cognitionis imaginatio verò ceterique externi sensus, propriis actibus destituuntur: nec enim animalis ista portio capax videtur, ut ad montis verticem cum Moysè conscendat, sed potius ad radicem montis constituta, sibi expectet aliquas phantasmaticas micæ ex illo convivio decedentes, ut saltem obcurè aliquid ex eo percipiat. Quando autem potentie superiores ita sunt actuatae (ut diximus) circa sua objecta; tunc verè Mystici dicere solent potentias omnes esse unitas, sive deperditas, sive absorptas: quia licet nobilissimo modo sua objecta percipiant, ita tamen sunt circa ea actuatae, & earum operationes intente, ut nulla ratione liberæ remaneant, neque quoad exercitium actus, neque quoad specificationem objecti, non aliter ac in gloria contingere communis tenet Theologorum sententia. Et hæc dicitur *perfecta unio*, ubi potentie omnes prædicto modo DEO univertur.

Alter unionis modus contingit, cum præcedente ista unione totali, DEO permittente, solvitur aliqua potentia: nam licet intellectus immobiliter simul cum voluntate DEO adhaereat, memoria verò, ut S. Mater TERESIA testatur *cap. 17. sua Vita*, aliquando solvitur, & simul cum imaginatione latè agit intellectum & voluntatem turbare, & ab illo felicissimo somno eas potentias excitare, sed interim à divino ipso loquente conatibus deterritur ipsi præcipiente, *Nolite solitare dilectam, neque evigilare illam faciatu.* *Can. 8.* Brevis autem tempore iterum memoria cum aliis univertur ac absorbetur, & vi aliarum potentiæ, quæ DEO tenacissimè adhaerent, ad eam trahitur consortium.

Solent etiam aliquando solvi potentie superiores, intellectus scilicet & memoria, DEO sic agente, ut illam ineffabilem unionis gratiam sibi à DEO tunc concessam percipere possint, ac alia divina mysteria sibi à DEO revelata cognoscere, ut latius *cap. 13. §. 2. diximus*: & tunc sola voluntas dicitur DEO unita.

Ad SECUNDAM QUÆSTIONEM, facilis est solutio: nam ut sæpè, maximè *cap. 10. Observat. 5.* in superioribus capitibus ex mente D. Thomæ docuimus, plus amat voluntas, hoc est intensius ac ferventius, quàm intellectus cognoscat: si etiam verò in hac mystica unione, quod quidem ingenue fatentur gravissimi Theologi, D. Bona ventura scilicet D. Bernardus, Abba em. Vercellensem, Lincolniensem, & Hagonem, ut *ibi Observat. 5.* prænotavimus, contingit enim voluntatem ultra intellectus cognitionem progredi, licet præeat actus intellectus, ut plenius prædicto *cap. 10.* hujus libri observavimus.

Ad TERTIAM ut respondeamus, meminisse oportet (quod sæpè etiam in superioribus prædictis) duplicem intellectus operationem in hac divi-

vid. Tom. 7. Bibl. Theol. lib. 7. sect. 5. et 6. & part. 3. Theol. mystic. nost. Philip.

Consi- tend, for- ana à Jo- su Maria cap. 4. mystic. Thom. & Joseph à J. de S. & alii citati à P. Balthas. Comiti. cap. 1. mystic. §. 5. M. Teresa

divina unione intervenire alteram, quæ ipsam antecedit, de qua plura in *cap. de intellectus operationibus*, s. 1. differimus: alteram, quæ ipsam unionem concomitatur, sive (ut verius dicam) subsequitur; & tunc, ut ibi s. 2. dicebamus, intellectus ab illa absorptione divinâ gratiâ absolutus, in eo statu animæ altiore de DEO assequitur cognitionem, quam unquam aliâs habuerit: nam tunc intellectus cum gratiâ & unione voluntatis cum DEO factus perspicacior, notitiam DEI concipit multo quàm antè clariorem & nobiliorem. Ibi enim intellectus à voluntate jatur, ut perfectiorem, quam prius nesciebat, DEI cognitionem acquirit: nam in eo statu sapidam notitiam de DEO assecutus, ex auditor effectus, & plura & aliora cognoscit, quàm antè per revelationes aut visiones didicerat. Videtur enim ibi DEUS ab intellectu ineffabili modo, effulgetque in intellecta (qui quasi inferius remanserant) clarissima & verissima DEI cognitio, ut plenius in *secundo gradu lucis* superius explicavimus; quæ quidem cognitio *Mystica Theologia* nuncupatur, ob rationem quam ibi attulimus.

Ad *QUARTAM* solutio est facilis ex his, quæ diximus superius, ubi explicavimus, quæ ratione possit contingere illapsus DEI in voluntatem, abique eo, quòd similis illapsus contingat intellectui.

Ad *QUINTAM* *QUEST.* respondeo, intellectum in hac supereminenti contemplatione objectivè, & quoad essentialia, non quantum ad *quid est*, sed quoad *quia est*, non distinctè & clarè, sed obscure & imperfectè posse DEUM in hac vita cognoscere, præcipuè in hac *Mysticæ Theologiæ* contemplatione, hoc est, illa altissima contemplatione, quæ divinam unionem consequitur, ut præclarè docet Dionysius Carthusianus in *Commentariis Mysticæ Theologiæ cap. 9.* ubi secutus D. Bonaventuram & Geronomum, multis hinc inde allatis argumentis docet, in hac contemplatione DEUM objectivè cognoscit, non tamen *quid est*, sed *quia est*, & per appropinquationem grandem ad notitiam quidditatis: ubi inter alia duo potissimum docet. Primum, DEUM in hac contemplatione cognoscit ab intellectu objectivè & immediatè, ita quòd non est medium per quòd in ratione objectivè, est tamen medium per quòd in ratione speciei intelligibilis; quia per formas similitudines, quæ creatas, & non clarè in seipso cognoscitur. Hæc ille.

Nec enim ulla est implicatio, quòd DEUS immediatè & objectivè per aliquam speciem creatam repræsentetur nostro in intellectu, ut eum cognoscat cognitione obscura, & quantum ad *quia est*. In qua cognitione, ut D. Thomas scripsit in *Boetium de Trinitate*, sunt gradus, Supremus autem gradus erit, quando cognoscitur res non solum *quia est*, sed etiam *quid est*, aut perfectè, aut contusè sive in genere. Quare cognitio *quia est*, eò erit perfectior, quò magis fuerit conjuncta cum cognitione *quid est*.

Rationem cognitionis quid est, est duplex. Prima, quando cognoscimus rem secundum prædicata generalia; ut cum de homine cognoscimus esse animal: Secunda, quando cognoscimus per prædicata specialia; ut cum hominem cognoscimus per suam definitionem, DEUM igitur in hac contemplatione *Mysticæ Theologiæ* cognoscimus, non solum quantum ad *quia est*, sed etiam quantum ad *quid est*, si loquamur de cognitione quid-

ditativa universali ac confusa, ac proinde per magnam appropinquationem ad cognitionem quidditativam perfectam: est enim ista cognitio altissima, clarissima, perfectissima, ac profundissima Deitatis contemplatio, notitia & visio huic vitæ possibilis, ut magnus Dionysius & ejus Explicatores restantur.

Secundum, quod docet Dionysius Carthusianus *loco ubi supra*, illud erat, hanc contemplationem propriè non esse cognitionem intuitivam, si per intuitivam intelligatur ea cognitio, quæ res sit seipsa, & quoad suam quidditatem perfectè cognoscitur. Si autem intuitiva cognitio latius accipiat pro ea cognitione, quæ objectivè res cognoscitur, & quoad essentialia seu propria sibi, quamvis non clarè ac distinctè secundum quod in se ipsa est, tunc etiam in hac contemplatione DEUS intuitivè & quoad *quia est* cognoscitur, non verò quoad *quid est*, nisi valde obscure & imperfectè.

Ad *SEXTAM*, omitti his quæ *lib. 5. de Contemplatione cap. 1. & 2.* differimus, breviter respondemus, Quòd (si secundum communem naturæ ordinem loquamur) intellectus noster sine imaginationis cooperatione nihilo omnino intelligere valet, eò quòd pro hoc statu intellectus noster in sua cognitione naturaliter pendeat à phantasia seu imaginatione, tamquam ab excitante, vel tamquam à potentia necessariò concomitante operationem intellectus pro hoc statu (& in hoc sensu locuti sunt Aristoteles, D. Thomas, ceterique Philosophi) tamen si sermo sit de animabus illis perfectissimis, quæ aliquando divina dignatione ad supernaturalem & plenè Angelicam contemplationem à DEO sublevantur, tunc non est dubium eas ita abstrahi ab omni corporea similitudine, ut sine ulla phantasmatum adumbratione, vel saltem imperceptibili purè & nodè superna ac divina contemplari possint, ut ex Patribus ibi citatis non obscure colligitur. Plura diximus de hac re *lib. 5. de Contemplatione, ubi supra*.

Ad *SEPTIMAM* *QUEST.* solutio sit, nulla ratione hanc intuitivam unionem posse sine ecclasi contingere. Quare ex communi omnium Mysticorum consensu vocatur *Unio ecclastica intuitiva*. Præterea Richardum Victorinum de *Gradibus, viol. charit.* omnes ferè Doctores & *Mysticæ Theologiæ* magistri secuti, appetè docent, unionem istam divinam ad amorem, quem *desiderentem* vocant, id est, in quo anima tota extra seipsam rapitur, alienatur, ac, ut ita dicam, emoritur, consequi, quando mens hominis (ut Richardus loquitur) in illam rapitur divini luminis abyssum, ita ut humanus animus in hoc statu omnium oblitus, enitè nesciat seipsam, totusque transeat in DEUM suum.

Et intra: in hoc statu, inquit sit in celo silentium quasi hora dimidia, & dum mens à seipsa alienatur, dum in illud divini arcus secretum rapitur, seipsam penitus exuit, divinum quemdam affectum induit, & inspecta pulcherrimè configurata, tota in aliam gloriam transit. Hæc Richardus, qui *cap. 4. de Gradibus, charit.* hujus rei eam affert rationem, ut in hac unionem clausis seorsum sensuum ostitis securius secretiusque castissimo complexu anima conveniat cum dilecto. Nos verò præcipuam hujus assertio- nis rationem existimamus, quia non videtur possibile, quòd humana mens DEUM divino contactu ac suavissimo complexu percipiat, quin præ amoris & dulcedinis magnitudine ac intentione

inferiores potentias à suis objectis avulsas omnino suspendat, ac ad se trahat: nam cum animæ vis sit finita, nimia unitus potentie intentione, ceteras in suis actionibus remitti necesse est. Unde ad ingentem ac vehementem voluntatis ac intellectus adorationem omnino sequitur sensuum exteriorum à propriis objectis abstractio, ac omnimoda alienatio, quæ propriè ecstasis sive raptus dicitur.

Ad OCTAVAM QUÆST. existimo, humanam mentem, hanc divinam unionem fructivam, in qua DEUS ipse immediatè percipitur & possidetur, etiam semel expertam, nulla ratione de perceptione istius unionis posse dubitare. Nam cum in hoc DEUS ipse interno tactu & amplexu percipiatur, sentitur, ac veluti palpatur; præterea cum ex hoc divino contactu innumerabiles divitiæ & thesauri sapientiæ & scientiæ DEI in omnes animæ vires deriventur; impossibile ferè videtur, aliquod dubitationis vestigium in ea anima posse manere, maximè cum DEUS ipse, qui tunc animam suam sponfam amplecti & osculari dignatus est, ei ineffabilem infundat certitudinem suæ realis præsentis & unionis. Quare, qui transacta unionem omnimoda hac certitudine præditus non fuerit, (teste S. Matre TERESIA in *Mansione 5. cap. 1. & in lib. Vita cap. 18.*) certissimè sibi persuadeat divinam hanc & fructivam unionem neque summis labiis attingisse, quamvis forsan ardentissimum DEI amorem suavissimamque dulcedinem in ecstasi posticus degustasse sibi videatur. Nam tunc, etiam si DEO per amorem & fructivam unionem unitus videatur, ista tamen unio tantum est in affectu, & non in effectu, ac reali cum DEO conjunctione, quam nos in hoc Tractatu veid fructivam Unionem nuncupamus.

Legend. Commèr. P. Balthal. in hoc cap. mansion. 5.

Vid. art. 8. disurs. proemiali Theolog. myst. no. ster. Philip.

Ad NONAM, non video, qua ratione possibile sit, animam altissimo amoris vinculo DEO congiungi, & ipsam præterea certam esse de hac unionem, sive mutuo amore & complexu cum ipso DEO, & ex alio capite dubiam esse de sua gratia & acceptatione: nam sponfus cœlestis, qui eam reddit certam de sua præsentia & unionem illa altissima & felicissima, reddit etiam securam de sua gratia, sive hoc fiat per specialem revelationem, sive hoc contingat ex vi illius divini contactus, in quo DEUS animam tamquam dilectissimam sponfam deosculatur. Quæ quidem deosculatio tantæ virtutis & efficacis existit, ut nulla ratione possit anima dubitare, videns se ad tantam gloriam sublimatam, ac spiritali connubio ipsi DEO conjunctam esse, suo dulcissimo sponso acceptam ac omnino gratam: arpe enim esset cogitare, DEUM aliqua peccati labe maculatam animam in sponfam sibi eligere. Quare optimè Richardus de *Gradib. charit. cap. 4.* ubi agens de sponso cœlestis cum anima connubio, ita ait: *Et purgatissimam animam faciens divino dignam conjugio, non habentem maculam neque rugam.* Hoc etiam expressè docuit sanctus Laurentius Justinianus *Tract. de Casto connubio Verbi & anima, cap. 14.* dicens: *Propria efficitur certus salus, lumine gaudet veritatis, præsentia exultat sponso, gustu pinguescit charitatis, experientia nutritur amoris.* Hæc ille. Et *cap. 25.* ejusdem libri, *Sponfa, inquit, de thalamo ascendit in caelum, & de celo jugiter descendit in thalamum. Non pavida, non de salute incerta ingreditur sponfa in supernorum mansionem, sed tamquam in dilecti domum, & in propriam possessionem.*

An verò anima reddatur secura de sua acceptatione ad gloriam, non ita certum existimo, quin

possit merito de ea re dubitari, quamvis S. Laurentius Justinianus *cap. 25. ubi supra* id habeat pro comperto, dum ait: *Amoris igitur mutui exuberantia, tanta est inter Verbum & animam familiaritas, locutionis fiducia, glorie certitudo, &c.*

Ecce ita: *Sapientia ex Altissimi ore prodians, in montibus saliens, collesque transiens, humana illabitur menti non recessura, sed ibidem perpetuo moratur.* Quam quidem sententiam, ut probabilior, & magis divinæ dignationi conformem, libenter amplectimur; alienum enim omnino à ratione videtur, animam ipsi DEO altissimo matrimonio copulatam ab ipso ita relinqui, ut adulteri lelecteritèr conquinetur. Illud tamen probabilissimum mihi videtur, animam, quæ hac sponso nis gratia meruit à DEO honorari, eo ipso ad gloriam ac finalem perseverantiam à DEO acceptari licet forsan ea de hac acceptatione non sit certa & secura, ut cum timore & tremore salutem suam operetur.

Ad DECIMAM seu ultimam QUÆSTION. respondetur, ANIMAM, cum unionem totam, de qua locuti sumus in responso ad primum quæsitum, DEO esse unitam, ac in ipsam secundum omnes potentias suas transformata, tunc cum non sit sui compos, neque omnino libera, sed potius amoris & lucis tenacissimo vinculo DEO alligata & conjuncta, nulla ratione eo tempore, quod brevissimum quidem est, potest mereri, ut plenè ex Patribus *lib. 6. cap. 5. de Contemplatione probavimus, & speciatim docet Carthusianus de Laude vita solitaria, art. 36* ubi ita scribit: *Mens, inquit, nonnumquam absque suo conatu improvise, repente ad contemplationem hanc ac mysticam Theologie institutum, raptum, & esset elevatur pietate DEI immensa, per prævenientem perstringentemque gratiam misericordis dispenam præveniente, ipsumque apicem affectiva & verticem intellectiva potentia immediatè tangente, illuminante, & inflammante tam valide, ut imbecillus creatura confestim & quasi instantè defluat & desiciat à seipsa, & super se mirabiliter & gratiosè transferatur in tantum, ut non queat (quamvis vili) revelli, ut puta libertate arbitrii jam quasi ad horam suspensa atque sospita. Quando verò intellectus solvitur, ut in responso etiam ad primam quætionem attulimus, ut in illa unionem percipiat statum illum felicissimum, quo fruatur, ac divina illustratione perfusus, divina alia mysteria altissimo modo cognoscatis tunc compos factus sui intellectus, omnia quæ sibi revelantur, plena libertate & ditèrnet ac percipit, se ea omnino percipere & cognoscere: quod est quidem sufficiens fundamentum libertatis & meritum.*

CAPVT XIX.

Purgatio in via Unitiva contingens.

ANIMAM in refrigerium à DEO deducende, prius per ignem & aquam transire debent. Duplex est enim duplex purgationis genus. Primum quidem per aquam, per ignem verò alterum. Illa quidem purgatio, quæ per aquam fit, naturæ suæ prolixior & diuturnior est illa, quæ per ignem, & durior, & difficilior sanè: non enim aqua illam habet efficaciam, illamque in totidum ablutioe & consumptione à divitate, quam ignis: hic namque vi & activitate præstat mirabili, ut fordes omnes facilius expurget, & penitus deleat.

Primum quidem purgationis genus ad Incipien-

Thom. Aquinas
Opera Spiritu
S. II
OTI

pien
loqui
tionem
fluat
goot
vili
nion
qua
moj
iust
ad j
an
tia
ma
not
So
un
re
tis
pr
mi
(d
ve
hi
qu
n
re
it
t
k
r
P
i
i
1. Cor. 11
Rom. 8

pietis & Proficientes non raro solet extendi; hi siquidem per laborum, desolationum, ac tentationum aquas solent transire; licet aliquando astanti amoris igne, non sine nimio animae languore & angustia, purgantur: Perfecti vero, suavissimo amoris igne & efficacissimo ex DEI unione & perceptione promanante purgantur, & quasi decoquantur: nam cum cor ibi sit totum amoris igne liquefactum, (ut Richardus de Amoris inseparabilis. cap. 4. docet) purgati necesse est, & ad purum excoqui, si quam habet scotiam, ipso amore, qui ignis consumens est, paleas ignorantiae & delicta juventutis purgans, & purgatissimam animam faciens divino dignam conjugio, non habentem maculam neque rugam. Haec ille, Satisfacta autem est simul & ardentissima in hoc unionis situ ab amore procedens purgatio: quare pro tunc anima purissima ex illo arcano amoris amplexu egreditur.

Sed quia nemo tam sanctus, tam in amore praecipuus, tantaque ignitus dilectione, quam amoris vicissitudini, & carnis subiacet fragilitati (donec enim quis carnis corruptibilis indumens vestitur, quamdiu necessitati peccandi lubet, hanc legem patitur); itaque quoniam nullus est qui non (altem in multis venialibus) offendat, nemo quidem inventi poterit, etiam sanctissimos, qui purgatione aliqua non indigeat, donec intret in sanctuarium DEI, ubi tunc erit DEI laeta, perfecta, ac sine intermissione aeterna fruitio. Interim tamen sponsi absentia, aliisque laboribus & tribulationibus transientes per aquas multas tribulationum frequentius purgantur.

Quam vero ob causam elementissimus animarum sponsus ad dilectissimam sponsae oculis suam praesentiam subtrahat, ac seipsum non raro abscondat, sponsaeque omnino desolatam relinquat, elegantissimè docuit S. Laurentius Justinianus lib. de Casto connub. Verbi & anima cap. 15. ubi ita scribit: Ratiocinando itaque perferretur humiliter causas, propter quas sponsus tam frequenter, etiam ad perfectis, & in charitate ardentibus, se absente confitebitur; hoc namque hominatio iudicio plurimum advertebat amanti bus: fas quoque non est, Verbum in aliquo errare, neque enim potest, quia veritas, quia sapientia est. Ad reprimendam igitur hominis audaciam, sapientissimè interdum se subtrahit Sapientia, non odiendo, non contemnendo, sed amando. Quis autem, nisi quandoque relictus, sibi propriam nosceret fragilitatem? Continuis successibus occasionem parat elationis. Vix quippe flagellis eruditus animus, & tentationibus attritus, suam valet intelligere infirmitatem. Nemo Apostolo sanctior, & tamen de seipso ait sic: Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mea angelus satana qui me colapsuset.

Quis unquam arbitraretur, hominem usque ad tertium raptum caelum, in id in paradysum, ubi quae arcana Divinitatis audisse verba, quae homini loqui non licet, cuius conversatio propter amoris vehementiam, mensisque munditiam in caelis erat, qui non ab homine, quod praedicabat, accepit Evangelium, sed per JESU Christi revelationem, qui fiducia dicitur: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque trinitas, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque sortitudo, neque aliquid, neque profundum, neque creatura alia poterit me separare à charitate DEI, quae est in Christo JESU; Ne elevaretur ma-

niret supra se, necessariò doceri habuit per se, de se.

Non autem dubitandum est de tanto credere viro, quod ipse de se testatur. Nemo tam infestime, ut quamvis charissimis multis ornatus sit, absque disciplinae documento possit evadere. Praena quidem ad malum hominis est natura ab adolescentia sua, secum sibi advenientem portat. Privatus enim amor ignotum illum reddit sibi, facile & rectè indicat aliena cum aperiantur ei, sua verò non potest: medicamine igitur eger alieno, cum suo nequeat liberari; quam obrem Sapientia quandoque se subtrahit, ut quem diligit, humiliando custodiat. Nam maximum humiliationis genus est, vehementer putareque amantem, dilecti sui privati praesentia. Opponit praesumptioni obstacula antequam veniat, luitque dilectoris, quamvis doleat, quamvis nolens & renitens, salutis operatur remedia. Nullum illo probabilius tunc praecipue charitatis potest sentiri argumentum. Sic enim in Apocalypsi loquitur: Ego, quos amo, arguo & castigo: Patienter itaque & humiliter hanc sustineat amoris vicissitudinem etiam sponsa, gaudeat erudiri, ne praesumat; dilcat se agnoscere, ne cadat: sciat scriptum esse, Ancerum exaltatur Prov. 16. cor. Praestantius verò est innocenter humiliari, quam justè: nam innocentia meritum cumulat, justitia autem perfolvit debitum.

Iustè quippe Propheta sanctus humiliatum se agnovit, qui post violatum proximi thorum, post contra DEI voluntatem populi numerationem, post perpetratum homicidium aiebat: Priusquam humiliarer, ego deliqui.

Iustè quoque Propheta alius se & populum DEI humiliatos confitebatur, quum lacrymola prece diceret Domino: Peccavimus iniquitatem fecimus, impiè gestimus, & recessimus, & delinavimus à mandatis tuis, atque iudicium: neque enim in justificationibus nostris prosterminum preces nostras ante faciem tuam, sed in viserationibus tuis multis. Propter peccata quidem nostra & iniquitates Patrum nostrorum, Jerusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.

Innocenter verò humiliatus fuerat Job, vir utique simplex & rectus, ac timens DEUM, & recedens à malo, qui postquam nullam substantiam, post autem totum meritum, post vulnerum cicatrices & vermium rostrum in sua perseverans innocenna, dicebat confidenter: Non peccavi, & in amaritudine moratur oculus meus.

Prae omnibus denique innocenter & sine causa humiliatus est Dominus JESUS, qui peccatum non fecit, nec delus inventus est in ore eius; & tamen sicut ovis ad occisionem ductus est, & tamquam agnus coram tondente se non aperuit os suum. Non tristetur quaevis anima, etiam si sponsae gratiam promeruit, cum se ad tempus Verbum subtrahit, & humiliando custodiam si justè, sustineat aequanimiter: si verò innocenter, cum exultatione. In nullo DEI valet errare Sapientia.

Non quidem mediocis est commodi hujus dispensatio vicissitudinis; toties recalcit spiritus, renovatur animus, & amor augetur, quoties post latebras sui praebet copiam sponsus. Commota sunt (sicut laeta narrat Historia) viscera Joseph super Benjamin fratrem suum, cum post longa temporis spatia illum videre promeruit. Sed & spiritus Jacob revixit, quasi de somno gravi evigilans, cum Joseph viveret, atque univertae terrae Aegypti dominari audisset. Deinde videns illum, inquit super

Gen. 8.

Apo. 3.

Prov. 16.

Psal. 118

Dan. 9.

Job 17.

Isai. 53.

2. Cor. 12

Rom. 8.

XIX.

ingens.

EO dedocende, transire debent. Primum quod liberum. Illa qui nactu sua propter ignem, & de aqua illum huius ablutione & ignis: hic nunti, ut fordero delectat. genas ad huius pini.

per collum ejus, & inter amplexus flevit, dixitque ad Joseph: *am latius moriar, quia vidi faciem tuam.*

Gen. 46. Si sic exaltat spiritus per presentiam carnis, quid ager amantis spiritus cum revisit Verbum? nemo exprimit Verbi hujus gaudia reditus. Quis valet dicere, quanta hinc inde resonent dilectionis eloquia? pro presentia, exultationes; gemitus pro dilatione, compunctiones pro culpa, pro venia emendationes, amplexus pro fiducia, ardores pro amplexibus, pro ardoribus humiles liquefactiones, pacisque suavissimam abundantiam post animae liquefactionem. Hæ nempe spirituales vicissitudinum deliciae sunt sponsi & sponsæ, ista sunt sancti tripodis amoris. Nullus experietur talia, nisi qui ardentem diligit; ignitus verò amor ex privatione agnoscitur.

Qui parum amat, nec dilecti recessus causas inquit, nec exoritur ut quarat, non gemit pro dilecto, neque dolet pro delicto. Non ita autem qui diligit multum; nonquam enim sine dolore amittitur, quod cum maximo amore possidetur. Amoris vehementia ex inquisitione colligitur. Legitimus namque amator, mox ut abest sponus, redit ad se, cordis sui latebras perlustrat, diligenter intentiones, cogitationes, affectionesque examinat, si quid in verbis, si in factis deliquerit, subtiliter judicet. Utrum erga fratrem peccaverit; aut proximo suo aliquod scandali posuerit offendicu-

lum, rememorat. Quod si errasse deprehenderit, tam diu dolore affligitur, donec pacatam in se videat conscientiam.

Et paulo infra: Nemo enim, nisi post paupertatis æ umbras, & necessitatis angustias, divitiarum novit commoda; nullus sanctorum bonum, sospitatisque dulcedinem, nisi ex crebris languoribus, & ex diversorum comparatione dolorum sufficienter valet agnoscere. Ex tenebris lux, ex bello pax, ex jucunditate tristitia, ex abundantia egestas, ex bono malum, ex spei claritate desperationis caligo, & ex suavissimo Verbi contubernio, absentia illius cruciatus intelligitur. Ille igitur veraciter penes se totis sponsum conservat conatibus, qui pro amoris vehementia passus est vicissitudinis damnum. Proximis comparitur amantibus, prævocat pericula, causa, que discessus prodenter devitat, suis sapiens efficitur pœnis, suisque tentationibus eruditus. Planè laudabilis paupertas, quamvis non in se, sed propter fructum, quæ amorem acrit divitarum. Commendabilis castus, & non reipienda tentationum molestia, per quam mens ad virtutum exercitia robustior assurgit. Non enim minus honore dignus est miles Christi, qui posteaquam prostratus est, viriliter pugnam relinquit, gloriosum triumphum obtinet, quam qui sine ullo belli discrimine perseveravit in certamine. *Hæc tenus S. Laurentius Justinianus.*

TERTIA PARS.

Dispositiones divina Unionem fructivam precedentes, ac mirabiles effectus eam consequentes.

CAPVT XX.

De dispositionibus hanc divinam Unionem præcedentibus.

NON est una ad fructivam Unionem, quam DEUS solet communicare, dispositio: nam cum sit multiplex Spiritus divini gratia, variaque ejusdem charismata, sic diversimodè ad divinæ suæ voluntatis nutum animam ad fructivam unionem pertrahit. Omnes tamen ferè dispositiones ad duplex genus reduci jure possunt. Alteram, quod in nostra situm est voluntate, non tamen sine divini auxilii infuso lumine. Quod quidem dispositionis genus, activum merito nuncupari potest, quia nunquam sine nostro conatu cooperatione, & solet contingere. Alterum dispositionum genus, passivum in eo sensu dicitur, quia anima divinitus à DEO præventa, ad hanc arcanam cum ipso conjunctionem, non tam ducti, quam trahi rapique videtur.

De utroque dispositionum genere mentio fit tam apud Patres, quam apud alios non infimæ notæ Auctores. D. Dionysius Areopagita pluribus in locis modum tradidit, quo ad hanc unionem pervenitur: præsertim in Mystica Theologia, & in Epistolis, postissimum in his quas Timotheo discipulo exaravit, ubi omni intellectu discipulo præmissa, omni inordinata affectione penitus mortificata, voluntatem ad divinam hanc unionem erigere aperit docet sequentibus verbis: *Et*

si sit possibile ignotè consurgere ad ejus unionem, qua est super omnem substantiam & cognitionem, et omnem excessum suspensus ab omni irretenti bili & absulto, mundè ad super substantialem divinam tenebrarum radium sursum ageris. Et de Divinis nominibus, cap. 7. Est iterum divinis, aut, cognitio DEI, in qua ipse cognoscitur per ignorantiam, quando scilicet mens ab omnibus intellectualibus & intelligibilibus recedens, & tandem seipsam excedens, unitur radii æternæ sapientia instruatibus profunditatu.

Ex hæc divini Dionysii doctrina duo colligit D. Bonaventura pluribus in locis, præcipue in *lib. de Mystica Theologia*, quorum alterum est, medium magis idoneum ad elevationem animæ ad hanc unionem, esse consuetudinem per viam affectivam, quæ præcipue anagogicis actibus, sive aspirationibus ad DEUM continuè exercetur; quæ de re pluribus in locis egit D. Bonaventura, in *Tract. Mystica Theologia*, præsertim in *Cap. 3. De via Unionis*, & hoc ipsè in quod insinat D. Dionysius in verbis illis: *Consurge ignotè.* Et in his quæ præmiletur. *Forti consuetudine sensus derelinquo, & intellectuales operationes, & sensibiles, & intellectuales omnia.* Quasi diceret, in hac via non utendum esse notis & cognitionibus particularibus intellectus, prout plenius D. Bonaventura *disso. cap. 3. p. 4.* docet; sed potius elevatione sive consuetudine per viam affectivam. Ecce dispositionem activam, quam primo loco D. Dionysius omnibus ad hanc Unionem operantibus exponit.

Alterum est, cum anima ingenio DEI desiderio afficitur & crecit, & in abnegatione seu mori-

catione rerum omnium proficit, (quod ad alterum dispositionum genus à DEO infusum, quod passivum appellamus, spectat) tunc enim divinitus rapitur, absorbetur, & unitor radio tenebrarum, nimirum DEO, qui ob lucis suae incomprehensibilitatem à D. Dionysio nominatur obscuritas, & radius tenebrarum, quod significavit *Cap. 7. de Divin. nominib.* illis verbis: *Quando scilicet mens ab omnibus intellectualibus & intelligibilibus recedens, & tandem seipsam excedens, unitor radii æternæ Sapientia. Et ut ostendat istam unionem non esse in potestate nostra, addit in Epistol. ad Timotheum: Ad substantiam, in divinarum tenebrarum radium sursum egerit.*

At hinc summo opere considerandum est, id, quod à nonnullis Theologis Mysticis traditur, non tam esse verum, quantum ipsi existimant, cum aiunt, his motibus anagogicis vel aspirationibus secundum divi Dionysii mentem, omni intellectu actu prætermissio, voluntatem ad divinam unionem erigi debere, ac in sua actione mysticè intellectum prætermittere, quæ quidem valde aliena sunt à mente D. Dionysii, qui si attendi legatur, (ut in superioribus annotavimus) non omnem intellectus actionem videtur excludere, sed forsitan vel meditationem discursivæ alios, quibus in via DEI proficientibus, ac medioctiter in contemplatione exercitatis opus non est: quia illi, qui in via Purgatrice & Illuminatrice profecerunt, affectum ita excitare perquam sedulo didicerunt, ut ad tantam interitum voluntatis agilitatem pertingere soleant, ut simplici dumtaxat rerum divinarum conceptione præmissa, statim (quod sæpè ipsi non advertunt) sine alio intellectu actu fecantur in DEUM.

D. Bernardus *Serm. 2. de Ascens.* duplicem hanc viam, tam activam quam passivam, tendendi ad divinam unionem exposuit, dicens: *Quidam trahuntur, qui dicere possunt: Trahe me post te. Nonnulli ducuntur, qui dicunt: Introduxit me Rex in cellam viarum. Alii capiuntur, sicut Apostolus rapuit est ad tertium celum. Et primi quidem felices, qui in patientia sua possident animas suas. Secundi feliciores, qui ex voluntate sua consentiunt Domino. Tertii felicissimi, qui in profundissima DEI misericordia, quasi sepulta arbitrio libertate, in divinis gloria, in spiritu ardoris rapiuntur, qui spretio ac suppresso adminiculo rerum ac sensuum, non ascensoris gradibus, sed inopinatè instantaneisque excessibus feruntur in Patrem. Priores duo à DEO tracti, dispositioni activæ; tertii verò rapti, passivæ deputantur.*

Clariùs adhuc duplicem hanc dispositionum modum distinxit Dionysius Carthusianus in *Commentarij Mystica Theologia divi Dionysii Areopagita*, verbis sequentibus: *Porrò viri fideles heroici & perfecti longè sublimiùs mysticam Theologiam sortiuntur, experiuntur, venantur per supernaturalia charismata Spiritus sancti; quod & dupliciter accidere solet. Primo, per eorum præparationem, cooperationem, & conatum, ad hoc dando seipsos, ad abstractionem à cunctis creatis, & ad fervidam unionem cum DEO per recollectionem mentis suæ ad intra, & per affectuosissimam divini invocationem auxilii, & considerando inflammativam divini amoris. Secundo fit istud modo mirabili & eminentiori, quamvis forsitan non magis meritorio semper; videlicet dum fervens amor absque conamine proprio, præparationeque prævia repente prævenitur, præstringitur, inflammat, & super se tollitur, contemplationis, luce exuberanter perfunditur, præoccupatur, ac vincitur in tantum, ut, et*

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

iamsi velit, resistere nequeat, neque evadere possit supergratiosissimi spirituum amplexum sponsi, à quo in regione luminis insinuiti transfertur, in quo verè idem sunt, regio, & habitator.

Duplex igitur hoc dispositionis genus ex Patrum doctrina plenius explicemus. De prima dispositione, quam activam appellamus, egregiè Bernardus *Serm. 9. in Cantic.* ita scribit: *Si quis in nobis est ita desiderii vir, ut cupiat dissolvi, & cum Christo esse, cupiat autem vehementer, ardens sitiat, absidè medietur hic profectò non secus quam in forma sponsi suscipit Verbum in tempore visitationis, hoc scilicet, qua se adstringit intus quibusdam brachiis sapientia, atque inde sibi insinuat senserit sancti suavitatem amoris, siquidem desiderium cordis ejus tribuitur ei, et si adhuc peregrinans in corpore, ex parte tamen, idque ad tempus, & tempus modicum. Et hoc tandiu necesse est pati dilectam, nempe absentiam sponsi, donec semel posita corpore, sarcinam molis avolet; & ipsa levata pennis desideriorum suorum, liberè iter carpens per campos contemplationis, & mente sequens expedit dilectum quocumque ierit. Nec tamen vel in transitu præstò erit omni anima, nisi illi dumtaxat, quam ingens devotio, & desiderium vehementer, & praelucis affectus sponsam probat, & dignam ad quam gratia visitandi accessurum Verbum decorem induat, formam sponsi accipiens.*

D. Bernardi sententiæ consentit Dionysius Carthusianus *lib. de Fonteluce, art. 16.* ubi sic inquit: *DEUS subtiliùs cum videris mentem hominis spirituali zelo justitia penetratam, claritate inflammatam, puritate ac omni virtute fultam, ad divina fortiter aspirantem, mox dignaustimè, exuberantissimè, amorosè ac frequentissimè ei occurrit, succurrit, cooperatur, seque ei communicat, manifestat, insinuat, eam ad se elevat, intra se rapit, decusculatur, amplectitur, atque se ei intuentum, gustandum, fruendum offert ac exhibet, habetque complacentiam suam in ea, & tamquam amicam ac sponsam apprehendit, facundat, & sibi adstringit: eandem lucem quoque, quam in manibus absconsum tenet, etiam propalat ad horam, aut horulam, prout sibi omnium sapientissimo moderatori placuerit.*

Si horum Patrum aliorumque Mysticorum, qui hanc viam experti sunt, sententiæ credendum Plurimè est, (quam quidem verissimam existimo) nullam ad hanc compendiosioriam viam, nullumve alium in DEUM unionem affurgendi modum faciliorem ac nobiliorum condicem eo (quem Sapientiam unitivam, sive Amorem anagogicum, unitivum Mystici appellant) invenies; qui qui aspirationem in motibus anagogicis sive aspirationibus, tionum quibus cor enittitur ad DEUM affurgere, ac illi avidissimè adherere, consistit: quibus in motibus sive aspirationibus, intellectus ab opere quasi desistens, omnis ferè conatus in unam voluntatem incumbit, quæ in DEUM seipsam erigit, ac ad ejus fores iteratis idibus pulsatur. Quæ quidem exercitatione inardescit miro modo voluntas, & brevi tempore majora lucra conquirit, meliorique modo ad DEI sublimem unionem se præparat, quam si modis aliis se prolixius exerceret.

Hoc autem nobilissimum aspirationum exercitium, non omnibus ad perfectionem tendentibus debet esse commune, sed illis tantum, quibus via Purgativæ & Illuminativæ superatis exercitiis, ad Unitivam patet ingressus. Hi intellectum satis aliàs meditationibus sive contemplationibus piis instructum requiescere contentes, voluntatem sursum debent impellere, ut ea frequentissimis desideriis inflammata, solum cum DEO

Quibus potissimum illud conveniat.

arctissimam hanc conjunctionem appetat ardentissimè.

CAPVT XXI.

Formula aspirationum, & modus, quo simul cum introversione exerceri debent.

SED ut ad felicem huiusmodi exercitium usum voluntas atollatur, exempli gratia hic aliquas aspirationes inseremus, ut sic detur methodus practici quod in nobis est, ut clementissimus Deus nostros adjuvet perficiatque conatus.

Quid in earum praxi observandum.

Hæ autem aspirationes non quidem cum immoderato impulsu, aut capitis violentia exerceri debent, ne spiritus gravatus succumbat, sed potius suaviter & placidè, ut sic diuini in hoc sancto exercitio perdurare possit. Aliquot igitur formulas prædictarum aspirationum hic adscribemus, quibus, vel aliis similibus, spiritualis athleta ad divinam unionem conscendere possit.

Vid. quæ circa e- jus pra- xim tra- dit Ven. P. Joan. à JESU- MARIA

cap. 9. Theolog. mystic. Tom. 2. o. per. suo- rum. & Ven. P. Domi- nicus à JESU- MARIA 3. part. sentent. cap. 4. punct. 6. & seq. sim.

O Domine DEUS, ego vilissimus peccator indignus quem terra sustineat. Heu! procul à te, qui es summum bonum, recessi, & habito in regione longinqua, in regione dissimilitudinis. Miser & tacui sum, nihil possum sine te. Eia, pie & dulcis JESU, miserere mei. Ablue me pretioso sanguine tuo, & ab omni peccato emunda, perfecteque sana, ut tibi placeam.

O quando mihi plenè moriar, & ab omnibus creaturis liber ero? O utinam verè vitu & humilis corde, verè pauper & nudus spiritus essem! Præsta Domine, ut per perfectam mei abnegationem, per perfectam visorum omnium mortificationem, per veniam ad perfectum tui amorem. Tu iussisti ut diligam te, da quod iubis, & iube quod vis. Da ut diligam te ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex omnibus viribus meis, atque ex tota mente mea. Ipsas vires anima mea confractas & corruptas dignè redintegrare atque reformare per vires sanctissima anima tua. Expedi mentem meam ab omni multi- plicitate, denuda eam imaginibus & formula rerum caducarum. Concede mihi liberam introver- sionem; concede ut stabili cogitatione, clara cog- nitione, & ferventi amore semper in te fluere possim.

O bone JESU! o spes mea & refugium meum! o dilecte, dilecte, dilecte! o charorum omnium charissime! o amor meus unice! o sponse floride, sponse mellifue! o dulcedo cordis mei, & vita ani- me mea! o essentia essentia mea, & jucunda re- quies spiritus mei! o optata consolatio mea, & sin- cerum gaudium meum! o speciosa dies aternitatis, & serena lux intemorum meorum! o resurgens con- clavo meum, & vernantissima hereditas mea! o ama- bile principium meum, & sufficientia mea, DEUS meus! Quid volo præter te: Tu es verum & æternum bonum meum. Eia, trahè me post te, ut alacriter, purè & perseveranter curram in odorem vivificantium un- guentorum tuorum.

Præpara, dilecte mi, præpara tibi gratam & amor- nam habitationem in me, ut ad me venias, & mansio- nem apud me facias. Mortifica in me, & repelle à me quidquid tibi displicet. Avelle ac separa me ab omni- bus quæ sunt infra te. Effice me hominem secundum cor tuum, effice me conformem sacrae humanitati tuæ. Vulnèra cor meum medullitus jaculo amoris tui. In- ebria spiritum meum vino perfectæ charitatis, uni me tibi intimè, & totum transmuta in te, ut delicias tuas in me habere possis.

O quando sibi per omnia placebo? quando in me perempta erit omnis proprietas? quando tuus totus erit quando nihil præter gratissimam voluntatem tuam, nihil præter te vivet in me? quando ardentissimè di- ligam te? quando me totum concremabo flammâ tui vivi incendiij? quando me totum liquefacies pe- netratum efficaci suavitate tua? quando mihi pul- santi aperies, & manifestabis pulcherrimum reg- num tuum, quod intra me est, & quod ipse es cum universis divitiis tuis? quando me totum in te rapies, absorbis, & abscondes? quando sub- latis omnibus impedimentis ac mediis, me totum u- num spiritum efficies, & tibi inseparabiliter agglu- tinabis? Eia unica cordis mei, digneris hoc citius perficere, quia te desidero, ad te anheo, tui amore lan- guo.

CAPVT XXII.

Cautela in divinarum aspirationum exercitatione adhibenda.

IN NUMERA sunt aliæ aspirationes (hoc enim no- mine vocamus istas Oratiunculas jaculatorias) quæ formari vel ex sacra Scriptura, vel ex propriis affectibus, quos unicuique Spiritus sancti gratia suggerit, peti poterunt: hi enim sapidiores sunt il- lis, quos sensus affectusque alienus submini- strat.

Affidua igitur aspirationum sive Orationum jaculatoriarum, ferventiorumque desideriorum ad DEUM emissio, verè mortificationi atque abnegationi conjuncta, certissimum & brevissi- mum est medium quo citò facileque pervenitur ad istam sapientiam unitivam. Aspirationes verò exerceri debent, non utcumque, sed simul cum in- troversione, ita ut in DEUM non ut in cælo, sed intra nos, hoc est, in ipso fundo & essentia ani- mæ habitantem jaculentur. Est autem DEUS ubi- que: in mente verò humana, & animæ fundo, sive essentia animæ, singulariter tamquam in sua imagine habitans: in iustis verò non solum per es- sentiam, sicut in ceteris rebus creatis; sed etiam per gratiam felicissimè adest, dicente Domino Luc. 17. Regnum DEI intra vos est. Regnum verò DEI est ipse DEUS cum universis divitiis suis. Ergo his Orationibus jaculatoriis introvertat se, id est, convertat se ad DEUM habitantem intra se: sibi enim si perseveret DEUM queritando, tan- dem eum feliciter inveniet.

In hac verò introversione, seu ad DEUM con- versione, caveat ne nimis ex-endar in intellectum suum; ne, si altius quàm oporteat volare tentaverit, à simplicitate abstrans, in internis tenebris involvatur, ex quibus intolerabiles miseræ & an- xietates oriri solent. Introvertat se igitur simplici- ter, oculos intellectus diligenter (cum suavitate tamen) deprimens atque ex æcans. Nec tam tunc alias DEI perfectiones scrutetur, quàm ipsum summum esse bonum sapidissimum, suavissi- mum, infinitè amabilissimum sibi proponat, in ejusque unionem ardentissimo feratur desiderio. Caveat præterea violentum etiam voluntatis impulum, ne nimis natura prægravata ac debili- tata succumbat.

Nonnulli in fervidis ad DEUM aspirationibus se exerceant, grandem sæpè in initio cruciatum sentire solent, donec dono DEI, & perseveranti consuetudine eò tandem pertingant, ut sese lim- pli-

pliciter ac facile exercere norint. Si tamen non poterit semper similem afflictionem effugere, nequaquam ob id turbetur, neque despondeat animam, sed humiliter patienterque hæc omnia de manu Domini suscipiens, ea æquanimiter toletet. Quod quidem si fecerit, & exercitium hoc sanctæ introversionis prudenter constanterque retineat, celesti manna tandem abundè reficietur, atque aliquando satiabitur.

Præterea, neque propter nimiam instabilitatem suam, qua tam citò desistit distrahiturque, spem abiciat, sed animo invicto in sancto labore persistens, incessanter recolligat sui cordis dispersiones, sequæ in DEUM summum bonum refleat. Nam ubi hæc laudabilis consuetudo in eo firmata fuerit, incipiet jam sentire rem non esse ita difficilem, quò verò ipsa consuetudine tandem quasi in naturam transiente, tam facile DEO rebusque divinis intentus erit, quàm facile spirat ac vivit.

Hoc demum introversionis exercitium, quo anima in DEUM ipsum in propria essentia, seu in animæ fundo commorantem intimis desiderii aspirationibus, quæ ferventissimis se extendit, omnia alia longè superat exercitia. De hoc animæ fundo, ac exercitio introversionis, piissimus hujus temporis Auctoritas scripsit: *O nobilem fundum, divinumque templum, à quo DEUS nunquam recedit. O fundum præclarissimum, in quo S. Trinitas habitat, & in quo ipsa æternitas gustatur, vel una perfecta in hunc fundum, ad DEUM ipsum, conversio multis aliis exercitiis atque operibus præstantior est, & vel decem plurimumve annorum amissa tempora revocare potest. Nimirum fons aquæ salientis in vitam æternam, in hoc fundo saturus, quæ quidem aqua tantæ efficacis ac suavitatis est, ut omnem vitiorum amaritudinem facile depellat, facile omnem naturæ rebellionem evincat ac superet: mox enim, ut bibita est per totam animam & corporis regionem diffundit, & miram puritatem intram, secundum aeternam utriusque præstat.*

Non debemus cessare ab oratione, donec ex eo fonte bibere mereamur: nam ubi vel unicam ejus guttulam per ceperimus, iam res vanas labentesque creaturas sentire non poterimus, sed solum DEUM, solum DEI amorem suscipiemus; in quo amore quantum amplius creverimus, tanto magis in unione divina proficiemus, & quo perfectius DEO uniti profundius, in eum immergi fuerimus, hoc clarior eum in ipso & per ipsum cognoscemus. Rursum quantum lucidius eum cognoverimus, tanto ardentius diligemus. Aliqui serius, alii qui citius ad venam illam aquæ vivæ perveniunt supernaturali lumine excellenter illustrantur. Sed & nonnullos DEUS celerrimè ad perfectionem perducit, quos etiam repente plerumque præveniunt, tam vadhè in se rapit, ut resistere nequeant. Beatus est, qui vel post plurimos annos in continuo labore atque conatu sodiendi transactos, tandem ipsam aquam viventium venam in fundo animæ suæ invenire mereatur. Non est mirum, si oporteat hominem ante cubiculum Regis æterni diu excubare, disque pulsare & expectare priusquam intro admittatur.

Ad hanc verò felicissimam cum DEO unionem non potest anima pertinere, nisi vitia omnemque fugiat humanam consolationem, & tota munda & simplex effecta, similitudinem DEI in seipsa habeat. Quare non solum ab omni peccato atque ab omni delectatione liberam, quantum fieri potest, seipsam servet; sed & affectum & intellectum ab omni creatura expedit. Oret DEUM ut se tam puram nudamque faciat, quàm pura natura

daque erat, quando in fonte sacri Baptisimatis renata est. Modicus enim amor tenuissimus affectus, quo quis mortali creaturæ adheret, atque aliæ hujusmodi leviores offensa & inordinationes, non permittunt ut DEUS, qui summa puritas est, intimè uniatur animæ, nisi prius expientur. Imò & tempore, quo anima sentit se amore DEI vehementer inflammari, ac sursum ad istam divinam unionem trahi, relinquenda sunt omnes cogitationes quantumvis piæ, propterandumque est ipso affectu ad Sancta sanctorum, & ad internum illud silentium, ubi amantis animæ viribus silentibus atque ab omni imagine liberis DEUS loquitur, ac nobilissimum opus in anima per agit. Unde mystica Theologia, ut bene notavit Gerion Tom. 3. de Mystica Theologia, Confid. 30. potius acquiritur per scholam affectus, quàm intellectus. Quare (ut inquit ille) ad comparandum hujus mysticæ Theologiæ doctrinam, non est magna sicut utia opus: nam cognitio ex fide, quod DEUS est totus desiderabilis, totus amabilis, si afflictiva portio sit purgata, si illuminata, si disposita, si exercitata sit, cur non in illum totaliter desiderabilem & totum amabilem, sine plurimorum laborum studio tota feratur, totaque rapiatur?

Qua vero ratione possit affectus in DEUM ferri per anagogicos excessus, oculo intellectus ferè clauso, ac ejus topis discumbens, explicat idem Gerion Tractat. de Mystica Theologia practica, Indolctia 12. Spiritum, inquit, à phantasmatis avertere oportet. Possimus itaque mysticam Theologiam esse amorem ecstasicum, qui consequitur ad intelligentiam puram ipsius spiritus; quæ intelligentia caret utique nubibus phantasmatum: propterea necesse est eum, qui vult mysticam Theologiam se tradere, conari ad hanc puram intelligentiam.

Et infra: Dicamus, si possumus, quo pacto poterit spiritus à phantasmatis se avertere, dum anagogicos quarit excessus. Et forsitan hoc poterit fieri, si in omni cognitione & meditatione sua de DEO, nequaquam siffit homo in cognitione, sed aspirat vim affectivam, quasi cordis ore inhiante, in suam potentiam, & in suam sapientiam, in suam bonitatem saporandam & gustandam, tanquam ejus, qui totus est terribilis in consiliis, super filios hominum per majestatem potentia dominantis judicantisque, totus magnus est & mirabilis in sapientia, cujus non est numerus, totus denique suavis, totus desiderabilis, totus amabilis valde in bonitate & torrente voluptatis suæ. Occurrat tibi sic nitenti, sic intento plurima turba phantasmatum. Credo equidem irruent importune phantasmata, & irrumpent in utroque oculos tuos interiores. Tu verò fortiter abice seorsum ea, quantum potes, manu meditationis, & velut excusso capite spiritus, liber evadere labora; aut tu, quasi dissimulatis eu spretive, perge quod pergis, & per medium agmen illud alacer erumpes. Sicut te spiritualis existimulet, ut quemadmodum desiderat cervus, undique canem moribus patens, & supercalescens, ad gelidos tutosque fontes aquarum; sic tu labora contra impediencia phantasmata, ut possis & tu dicere voce sancti spiritus calisfactus: Desiderat anima mea ad DEUM fontem vivum, quando veniam, & appredo autem faciem DEI.

lib. 3. A. scensus anima ad DEUM.

Docu-
menta
impen-
se
adver-
tenda.

vid. nost.
Joseph à
JESU-
MARIA



Ff 2

CAPIT

DE ORATIONE DIVINA
CAPVT XXIII.

Omnes ferè, DEI amen gratia fretos, debere ad divinam hanc Unionem aspirare & contendere.

Legend. noit. Phil. lip. art. 6. disc. 1. 3. part. Tractat. 1. Theolog. myst. & scilicet. 6. Tractat. 4. disp. 1. di. rectorij mystic. noit. Antonii.

Hæ sunt igitur dispositiones à nobis jam superioris relatione, quas divinâ adjutus gratiâ nullus est qui non possit præstare, atque mediis iis ad divinam unionem totis viribus conari, maximè illi, qui in via Purgativa & Illuminativa mediocriter versati, ad Unitivæ exercitia descendunt: iis enim non solum desiderare, sed & toto conatu hanc intimam animæ cum DEO adhesionem procurare licebit. Nos enim, qui ad hoc conditum, ut fruamur DEO, & immensam ejus bonitatem agnoscamus, atque ei in hoc exilio arctissimè tamq[ua]m supremæ hujus viæ felicitati uniamur, ac futuram beatitudinem aliquo modo in hac peregrinatione inchoatam prægustemus, ut latius cap. 2. pertractavimus.

Ad hoc enim donata nobis memoria est, ut DEI reminiscamur; ad hoc concessus Intellectus, ut per fidem & contemplationem ad altissimam DEI cognitionem assergamus; ad hoc præstita voluntas, ut DEUM summo amore prosequamur, eique intimè uniamur: ita ut tota anima cum omnibus potentis & viribus suis in DEUM collecta, unus spiritus fiat cum eo, ut nihil meminerit nisi DEI, nihil sentiat inelligatve nisi DEUM, & omnes affectus in amoris gaudio uniti, in sola Conditionis fruitione suaviter quiescant. Quare ergo has excellentissimas animæ vires in nobis marcescere sinemus, illasq[ue] ad solas res infimas cogitandas & amandas deieciemus? Vocat nos Deus, qui est summum & incommutabile bonum, & planè invitat ad suipsius intimam unionem, ac felicissimam, quantum fieri potest in hac vita, fruitionem, sæpè in Scripturis clamans: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, prope- rante, & emite vinum & lac absque ulla commutatione: quare appenditis argentum, & non in panibus; laborem & non in saturitate? & alibi: Bibite amici, & inebriamini charissimi.* & nos, spreis bonis non perituris, labimur ad terrena. Vocamur ad magna, & volumus in minimis esse contenti. DEUS paratissimus est dona amplissima nobis elargiri, imò seipsam excellentissimo modo animæ communicare & unire, satiare seipso omnes animæ rationalis sinus cupit: nos verò argentum & laborem nostrum non in inquirendis cælestibus panibus, id est, in DEO, qui solus potest satiatam ac felicem reddere animam; sed potius in rebus caducis & transitoris vitæ & laborem insumimus.

Solus Deus potest quietare & satiare cor nostrum.

Naturalis quidem locus animæ à vitis purgata: DEUS ipse est, quia appetitu naturali tendit in originem suam, sicut ignis sursum, & lapis deorsum naturali impetu fertur; quare in solo DEO quietescere potest, in quietumq[ue] est cor nostrum, donec ad illum finem pertingat, ad cuius quidè adaptionem conditum fait à DEO. *Fecisti nos Domine* (inquit D. Augustinus) *ad te, & in quietum est cor nostrum, donec perveniat ad te.* id est, arctissimo amoris vinculo tecum conjugatur. Solo DEO Conditor potest rationalis animus satiari, sine quiete & vagus, sine refectione famelicus homo aberrat, quamdiu brachiis charitatis DEUM perfectè non constringit. Quibuslibet divinis spiritibus, quibuslibet consolationibus affluat, quibus-

libet virtutibus abundet, satiari nequit, nisi per amoris contactum & unionem DEUM consequatur, eique feliciter copuletur, qui est torrens & perlagus inestimabilem voluptatum, exuberantique plenitudo omnium bonorum.

Unde multam planè lugendi sunt (ut in eodem sermone proposito pius quidam Auditor prosequitur) *quis sensibus dedit, ac solum externis exercitiis per omnem vitam contenti, interiorum animæ fundum, beatamq[ue] illam cum DEO unionem negligunt: ipsi enim, dum veram sui mortificationem parvi faciunt, & atatem viresq[ue] in his, quæ præcipue necessaria non sunt, absumunt, nimirum parum, aut nihil in spiritu proficiunt, semper in eodem loco hærentes. Hæc autem verba si non ore, saltem corde & opere dicunt: Uniat se DEO qui vult, nos quidem id non curamus, cum ad eam rem apti non simus. Atqui etiam simplices & idiotæ possunt ad ipsam Theologia mysticæ sapientiam & unionem pertinere: neque enim hic ingenii singulare acumen, sed puritas ac humilitas cordis, & libertas nuditasque mentis, ac fervens amor requiritur. Planè humilis ardensque affectus, magis quàm subtilis & investigans intellectus hominem eò perducit.*

Et infra: *Bona quidam & Domino grata sunt externa exercitia, laudes divinas pie decantare, multas preces ore proferre, genua flectere, devotions sensibus DEUM colere, jejunare, vigilare, ac similia peragere; sed incomparabiliter melius est exercitium internum, quo homo desideranter ardentèque se ad DEUM non per sensus & imagines, sed modo quodam supernaturali se extendit, ut eis uniat.*

Ea verò quæ hæcenus diximus, eo quidem sensu accipienda sunt (ut jam sæpè prænotavimus) ut liceat expediaturque mediocriter saltem exercitibus ad Unionem divinam aspirare: nam in exercitiis, & qui non ita dudum Ægyptum reliquerunt, & quos vitiorum qualor, sive habitus nondum ab anima eradicari adhuc eam deformant, non debent ita esse impudentes, ut relicto osculo pedum ac manuum, ad oris osculum ac sacratissimos cælestis sponsi amplexus temerè aspirent. Piis igitur ad pedes Domini residens, sordes abluat, formam excolat, habitum componat, abnegationi mortificationiq[ue] sui ipsius strenuè studeat, virtutum exercitiis insiliat, Christi Domini imitationi det operam. Et tunc demum liberius (servata tamen filiali verecundia) ad DEUM per jaculatorias Orationes, ac sanctam introversionem aspiciet, erigatq[ue] seipsū cū fiducia magna, & ad sublimiora Regis æterni oscula humiliter affargat, quousque ab ipso gloriæ Rege sursum actus, ac proximioribus dispositionibus præparatus, ad cellam vinariam introducat. Tunc enim (ut rectè Cassianus sermone in hoc proposito Collat. 10. cap. 7. scilicet cum fuerint hæc dispositiones perfectæ) consummatur in nobis illa Salvatoris nostri oratio, quæ pro suis Discipulis oravit ad Patrem, dicens: *Dilectio, qua me dilexisti, in eum sit, & ipsi in nobis.* Et iterum: *Ut omnes idem sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, quando illa DEI perfecta dilectio, qua prior nos ille dilexit, in nostri quoque transfuerit cordis affectum, hæc Dominica oratione completa, quam credimus nullo modo posse cessari. Quod ita sit, cum omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, omnis cogitatio nostra, omne quod videmus, quod loquimur, quod speramus, DEUS erit: illaque unitas, qua nunc est Patri cum Filio, & Filij cum Patre, in nostrum fuerit sensum mentemque transfusa: id est, ut quemadmodum nos ille su-*

711.15
676

cera, & pura atque indissolubili diligit charitate, nos quoque ei perpetua & insparabili dilectione jungamur, ita eidem scilicet copulati, ut quidquid speramus, quidquid intelligimus, quidquid loquimur, DEUS sit. In illum, inquam, pervenientes quem praediximus finem, quem idem Dominus orans in nobis optat implevi. Ut omnes sint unum, sicut nos unum sumus, ego in eis, & tu in mi, ut sint & ipsi consummati in unum. & iterum: Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Haecenus Cassianus.

Illud verò ad veritas oportet, quòd postquam haec omnia exactè praestiteris, ne putes te sublimem hanc unionis gratiam ex justitia meruisse, tibi que infallibiliter concedendam; quae quidem cum donum si DEI ad salutem aeternam non necessarium, non ex justitia obtineri, sed ex misericordia & liberalitate divina, laboribus & gemitibus impetratur. Gratia quidem DEI est, & ut accipias, desiderata, & petes humiliter servata est, ut magnum in oculis DEI fiant. In terrena republica, prima loca & dignitates ambire, superbia est: in domo DEI ad altiorem sedem & sanctitatem contendere, magnanimitas est.

CAPVT XXIV.

De dispositionibus aliis, quae ad solo DEO infunduntur.

NOBILIS quidem est hoc ad arcanam cum DEO unionem dispositionis genus, ut fore ad solo DEO infusum; quod sane neque in doctrina neque cooperatio nostra, etiam divinitus ordinario gratiae influxu adjuta, pertingere valent succedat verò aliquando priorum dispositionum generi, si perfectè exercetur, hoc secundum, quòd divinis simum quidem est, & proximior ad illam Unionem, de qua differimus, dispositio.

S. Bonaventura Opusculo de septem gradibus Contemplationis, priusquam attingat unionem illam felicissimam, de qua sermo noster instituitur, praemittit duas in anima dispositiones, veluti in et alias huic unioni propinquiores, magisque immediate, his verbis: Secundus gradus est, Unctio, id est, visus quidam liquor, qui per totam animam diffusus eam erudit, corrumpit, confortat, disponens ipsam suaviter, ad veritatis caritatis suscipiendas pariter & contemplandas.

Et infra: Unctio mulcet, pinguedinem suam infundens, ut anima ad suscipiendos divinos radios se optior maneant. Tertius est, Voluptuosa interiorum bonorum elevatio supra seipsum; id est, deservit exteriori bonum, ut propius ad fontem divini amoris accedat: nam obliquo exteriori bonum, anima pro viribus se ad externa & altissima sursum extollit, mediantibus activis virtutibus, puritate scilicet & humilitate: humilitate deservit homo exterior, puritate sursum agitur interior, ut divinos radios suscipere possit. Haec est dispositio, juxta viri sancti senentiam, quae in anima sole praecedere, cum a DEO hac deliciolissima unionem reficitur.

Est autem bipartita. Prima est, Liquor quidam caelestis, per oram animam diffusus, eandem confortans, corroborans, instillans, intenesecens ac disponens ad receptionem & ad contemplationem radiorum veritatis. Secunda est Volatus sive elevatio quaedam animae supra seipsum, quo oblita hominis exterioris, propius accedit ad fontem divini amoris, sequeque erigit, quantum fieri potest, ad aeterna.

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

Præcipua verò dispositio ad hanc felicissimam animae cum DEO desponsationem, est ardentissimi divini amoris violentia, quae DEUS animam amoris jaculo vulneratam ad ipsius unionem & amplexum perducit: quae dispositio propria est viginti Unitivæ supernaturalis & insule, de qua in hac tractatione differimus. Hujus amoris violenti gradus, quibus anima mirificè ad hanc unionem à DEO effertur & sublimatur, accuratius alius Richardus à S. Victore in Gradibus amoris violenti perstrinxit, ubi quatuor hujus amoris violenti gradus eruditè designat; quorum tres priores sunt instar dispositionum ad quartum, quem non immeritò appellat deficientem, in quo ista divina unio perficitur & consummatur. Interim Auctoris verba, quanta poterit brevitate, Lectorem proponam: digna sunt enim, ut ab omnibus huic divinae unionis haurientibus sapè simè evolvanur.

Vis magna, inquit, dilectionis, magna virtus charitatis, multi gradus in ea, & in eis magna differentias, & eos qui distinguere, vel falsè dinumerare suffiunt. Et dinumeratis aliquibus gradibus, infra addit: Supra tamen omnes gradus dilectionis est amor iste ardens & fervens, qui cor necipit, & medullas transfigit, ut veraciter dicat: Vulnerata charitate ego sum. Et sequitur: Cogitemus ergo quae sit super eminentia charitatis Christi, quae dilectionem parentum vincit, amorem proli superat, affectum carnis transcendit vel extinguit, insuper & animam suam in odium vertit. O violentia dilectionis! o violentia charitatis Christi! hoc est de quo loqui volumus, de vehementia charitatis, de supereminenti perfectione amulationis, ascendendo ad opera violentiae charitatis, & invenio quòd charitas vulnerat, charitas ligat, charitas laqueum facit, charitas defectum induit. Quid horum non violentum? quid horum non validum? Haec omnia Richardus. Et post pauca prosequitur, dicens: Pri-

Vis charitatis Christi omnem superat.

mus igitur gradus violenti amoris est, quando mens desiderio suo resistere non potest quin vulneretur. Nonne tibi cor parvulum videtur, quando ille igneus amor acutus mentem hominis mihi dillus penetrat, affectumque transverberat in tantum, ut desiderium sive vulnere concipere animo non valeat, desiderium ardet, affectus astringat, anhelat profundè ingemiscens, & longa suspiria trahens ut dicat: Vulnerata charitate ego sum.

De signis hujus amoris Richardus inferius addit, dicens: Haec tibi anima vulnerata certa sunt signa, gemitus & suspiria, vultus pallens atque cabescens, qua omnia operatur amor vehemens. Sed post subiungit utilitatem istius gradus, dicens: In primo isto gradu Spiritus iste intrat super mel dulcis ad animam, & inebriat eam in tantum, ut habere dicat mel & lac sub lingua sua. Et parum post: Hic est ille cibus caelestis, qui egredientem de Aegypto solet reficere, & per solitudinem ducere, & pasce. Hoc est illud manna absconditum, quod nemo scit nisi qui accipit, non per doctrinam, sed per experientiam. Et hic est ille dilector suavitatis spiritalis, haec tenera suavitas, qua solet labare & alere, & ad maturitatem paulatim perducere. Et infra: Hoc ergo altissimo per dilectionem gradum agitur, ut dum mens sapè visitatur, sapè resistitur, sapè inebriatur, quandoque ad majora audenda provocatur, & ad secundum gradum charitatis disponitur, Haec ille.

Ejus signa & effectus.

Secundum gradum amoris violenti, inquit Richardus, diximus illum qui ligat, sicut primum diximus qui vulnerat. Nonne, inquit, sine omni contradictione animus ligatus est, quando omnium obliviscitur, ut aliud meditari non possit: quia quidquid agit.

Secundus amor illigans.

quidquid dicat, semper hoc mente evoluit, perennique memoria retinet, hoc dormiens somniat, hoc vigilans omni hora tractat. Unde facile est perpendere (ut arbitror) quando hic gradus priorem gradum transcendit, qui mentem hominis nec ad horam quietam esse permittit. Sequitur. Re dē igitur dictum est, quod prior gradus sit qui vulnerat, secundus sit iste qui ligat. Licet ergo ligare minus sit quandoque quam vulnerari, tamen maior violentia videtur esse, si postquam aliquis percussus deicitur, dejectus deprehenditur, deprehensus abducitur, abductus incarceratur, incarceratus catenatur atque ligatur, & jam omnino captivus tenetur. Quid horum, quasi, majus & violentius? Ille liber est, iste autem à loco in quo detinetur recedere non potest. Sic utique qui à secundo gradu violenta charitatis abso- sorptus est, quidquid agat, quocumque se vertat, ab illa una & vicina solitudinis suae cura avelli non potest, quia ligatus est. Hæc ille.

Præterea, in hunc secundum amoris gradum perficiat, ita inferius scribit: Sicut in priore gradu degustata suavitas satiat animum, transfigitque affectum; sic in hoc secundo gradu inspicit a charitatis cogitatione ligat, ut illius obliviscitur, vel aliud cogitare non possit. Vincula illius Alligatora salutis dicuntur in Ecclēsiastico.

Tertius amor languet.

Ad tertium itaque gradum violenti amoris ascendit, quando omnem alium amorem excludit, quando nihil præter unum, vel nisi propter unum diligit, in quo sponsa languet divino amore dicitur. In hoc igitur tertio, aut, gradu violenta charitatis, nihil omnino satisfacere potest præter unum, sicut & nihil sapere potest nisi & unum, unum amat, unum diligit, unum sinit, unum concupiscit, ad unum anhelat, in unum suspirat, & in uno inardescit, in uno requiescit, unum solum est in quo reficitur, unum solum ex quo satiatur, nihil dulcescit, nihil sapit, nisi hoc uno solo condatur.

Ejus miris & proprietates.

Sequitur: Quidquid ultra se offerat, quidquid sponte occurrat, cito rejicitur, cito conspuatur quoad affectui non militat, vel ejus desiderio non deserviat. Sed qui huius affectus tyrannidem dignè describat, quoniam omne desiderium expellit, omne studium excludit, omne exercitium violenter opprimit quod sua concupiscentia deservire non conficit. Quidquid agat, quidquid dicat, quidquid cogitet, inutile, imò intolerabile videtur, nisi in unum sui desiderij finem concurrat. Cui autem frui potest eo quem diligit, omnia pariter se habere videtur: sine illo autem horret omnia, corpore desinit, corde tabescit & languescit, consilium non accipit, rationi non acquiescit, nullam consolationem admittit, sed clamat cum sponsa: Nuntiate dilecto, quia amore languet. Ubi ait Glossa: Pra amoris magnitudine omnia temporalia sunt mihi fastidio.

Et infra: Tertius itaque gradus amoris est, quando mens rapitur in DEUM luminis abyssum, ita ut humanus animus in hoc statu omnium exteriorum oblitus, penitus nesciat seipsum, totumque transcat in DEUM suum. In hoc itaque gradu compescitur plene carnalium desideriorum turba, & fit in celo silentium quasi dimissa hora. In hoc namque gradu, dum mens à seipsa alienatur, dum in illud divinum secretarium rapitur, dum ab illo divini amoris incendio circumdatur, intimè penetratur & inflammatur, seipsam penitus excutit, & divinum quemdam affectum induit, & inspicit a pulchritudini configurata tota in altam gloriam transit. In hoc statu, anima in illum quem diligit liquefit, & in seipsa tota languescit, ut dicat: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet.

Discrimen in-

Unde idem Auctor inferet, quod sicut primus gradus affectum sauciat, sic secundus saniatum ligat,

& tertius actionem implicat ut animus circa aliqua terbor, occupari non possit, nisi quo eum voluntate divina motus transferri vel impellat: & sic qui ad hunc tertium gradum amoris profecerant, nihil jam propria voluntate agunt, nihil omnino suo arbitrio relinquunt, sed divina dispensatione omnia committunt. Hæc tenus ille, Quod cautè legas, ut non operationem totaliter excludas creaturæ: unde idem Richardus addit, dicens: Sicut artifex liquefactis metallis formam quamcumque voluerit imprimit, sic anima in illo statu ad omnem divina voluntatis nutum se facile applicat, imò spontaneo quodam desiderio ad omne ejus arbitrium seipsam accommodat, & juxta divini beneplaciti modum omnem voluntatem suam informat, ut obediat cum Christo usque ad mortem. Hinc exemplari quilibet se debet conformare, qui vult summa charitatis gradum attingere.

Hæc sunt prævia & proxima dispositiones ad ecclēticam & fructivam illam Unionem, de qua agimus, ut exprimit ex sequentibus verbis Richardi colligit, dum inquit: Quartus gradus violenta charitatis est, quando assueti animi desiderio jam omnino nihil satisfacere potest, & ideo ad defectum ducit. Sequitur: Quis hujus supremi gradus violentiam digne pensare sufficiat? quid quæsit cor hominis profundius penetrat, vehementius exagitat, quam quod firmam nec resistendo temperare, nec inebriando extingueret possit: in hoc præterea gradu est amor insuperabile, quia alii affectus etiam majores non cedit, insuperabile est, quia à memoria nunquam recedit; singularis est, quia socium non recipit; insatiabile est, quia is satisfacere non poterit.

Ex his intelligi poterit, qua ratione proxima ad hanc fructivam & ebriam unionem dispositio procedat ab hoc amore violento live vulnerante, qui sauciat, ligat, & languere facit animam; ad quem languorem sequitur defectus live mors illa, quæ anima extra omnes sensus ponitur, & in DEUM mediâ unionem transformatur.

Hæc sunt dispositiones, quæ à DEO liberalissimè donari solent, qui ad ineffabilem istius Unionis gratiam divinitus excitantur; quæ quidem omnes in amore violento fundantur: neque enim alia via ad amorosam unionem esse potest nisi per amorem. Huiusmodi autem supernaturales & infusæ dispositiones prioribus dispositionibus, de quibus capitibus præcedentibus tractavimus, succedere solent. Quod si illas cum DEI gratia præstitieris, hæcque, quæ proximiores sunt, non acciperis; dices humiliter in corde tuo: Servus inutilis sum, quod debui facere, feci. Quod si meis laboribus & conatibus, quam cupio & postulo, unionem hanc fructivam non fuerim consecutus, sufficit mihi ad illam unionem & conformitatem cum divina voluntate, quæ totius perfectionis finis est, si possim pervenire: in hac enim si a est Christianæ vitæ perfectio. Ad hanc unio illa fructiva & mystica, tamquam in possimum scopum delinatur: sine hac nullus unquam Sanctorum vixit, multi forsitan sine huius fructivæ unionis degustatione feliciter obierunt.



Legend. Tract. Theolog. de unione anime cum Deo, quæst. 12. art. 1. & 3. fol. 101. Ludovici à S. rebecca de opera laudatus, Walhaf. Comment. in 109. 3. mansion. 7. & ab eo ibid. tract. n. idem an. in 1. 2. fol. 4. Tract. 8. n. 15. B. P. Joan. Cuce, & Philip. à S. Trinit.

Thom. Aquinas
Opera Spiritu
S. II
101

CAPVT XXV.

Effectus divina & fructiva Unionis.

§. 1.

Legend. Tract. Theolog. de unione anime cum Deo, quest. 12. art. 1. & 3. seqq. not. Ludovici à S. terefia & supra laudatus, Bal. haf. Comment. in cap. 3. mansio. 7. & ab eo ibid. titat. n. Salman. sic. in 1. 2. dist. 4. Tract. 8. n. 55. B. P. Joan. Crace, & Phil. à SS. Trinit.

ARCANA hæc & mystica Unio (ut in superioribus ostendimus) Sapientia divinissima tam à S. Dionysio Theologorum Principe, quam ab aliis Mysticis nuncupatur. Hinc autem Sapientie dono multiplex in Scriptura fructus adhibetur. Et ut interim alios prætermittam, de quibus passim frequens mentio in Scripturis sacris invenitur, illud planè ceteteris excedit, quòd sublime hoc Sapientie donum, omnium bonorum thesaurum secum proferat, de quo præclare Sap. 7. Venerunt mihi omnia bene pariter cum illa: quia cum hæc divina Sapientia (de qua sermonem institutum) sit amplexus & degustatio summi boni, nempe ipsius DEI; non mirum si degustanti DEUM, uberrimum omnium bonorum fontem, ab ipso omnium bona veluti rivuli à fonte in animam detinentur.

Opportet autem istum bonorum omnium cumulum speciatim recensere, ut hujus unionis multiplex effectus clarus cognoscatur. Non desunt in Scriptura sacra quamplurima testimonia, ex quibus perspicue hos liceat divinæ Sapientie colligere fructus. S. Paulus Apostolus ad Galat. 5. Spiritus sancti fructus (Spiritus inquam sancti anime uniti, eamque deliciosissime deosculantis) enumerat, dicens: Fructus autem Spiritus sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, bonitas, fides, mansuetudo, modestia, continentia & castitas. Hi autem fructus dicunt, (ut optime advertit D. Bonaventura 3. p. Centiloquij cap. 46.) affectuales delectationes circa bonitatem sponi degustandam. Ex mente verò D. Thomæ 1. 2. quest. 70. art. 3. important optimam mentis ordinationem & dispositionem circa fruitionem bonorum, & fugam sive cessationem maiorum. Primo autem loco ponitur charitas, in qua specialiter Spiritus sanctus datur, sicut in propria similitudine, nempe in charitate ipsa, quæ denotat amorem; vel in seipso, cum Spiritus sanctus purissimus iustorum mentibus per univivum amoris amplexum se manifestat.

In utroque sensu locutus est Paulus ad Rom. 5. Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ad amorem autem charitatis attenditissimum ex necessitate sequitur gaudium: omnis enim amans gaudet: ex conjunctione amati, & quòd major conjunctio, maius patit gaudium; unde realis & ardentissima sponsa cum sponso conjunctio sive unio, summum gaudium efficiet. Amorem verò gaudijque ingenem cumulum consequitur pax & quies in amato, longanimitas, alique fructus, qui omnes iustorum mentes, qui hæc divina fruuntur unione, mitificè ornant & perficiunt.

Præterea Isaias uberrimam tempore adventus Christi futuram divinorum charitatum affluetiam à longè prospiciens, multis in locis hujus ineffabilis cum DEO unionis varios exponit effectus. Cap. 35. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorum DEI nostri. Et infra: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt; tunc sicut, sicut cervus audius, & aperta erit lingua mutorum, quia scissa sunt in deserto aqua, & terræ in solitudine.

Et qua erat arida, erit in stagnam, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & junci, & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur, &c.

Et post pauca: Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam. Et veniet in Sion in laude, & latitia sempiterna super caput eorum, gaudium & latitiam obtinebunt.

Idem Isaias cap. 58. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficiet aqua. Et parvis inieci: Et sustollam te super altitudines terra, & cibabo te hereditate Jacob patris tui.

Demum idem cap. 65. Ego creo caelos novos, & terram novam, & non erunt in memoria priora. Et cap. 60. Et ponam, inquit, visitationem tuam pacem, & prepositos tuos iustitiam. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Luna illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet ultra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, &c. Hæc tenet Isaias.

Reverè, si sublimi mentis intuitu prædicta Isaiæ verba considerentur, in his præsentis vite statum floridissimus ac jucundissimus non multum dissimilis æternæ felicitatis aperit describitur. Quod enim tam propriam est veræ beatitudini, quam tranquillitas jugis gaudium sempiternum, inextinguibile lumen, omnis malæ carentia, ac bonorum omnium affluentia & cumulus. Hoc igitur ipsum purissimis iustorum animabus, quando etiam in hac vita ad sublimem hanc pervenerint cum DEO unionem, se è promittit. Descendantus igitur in hos irriguos hortos, & speciatim hos fructus, sive effectus suavitissimos colligamus.

Omnes verò congruè redici possunt ad decem sequentes. Primus est, Immensa ferè anima DEO unita gratia & pulchritudo. Secundus, Lux, sive virtutis splendor. Tertius, Charitatis ardor. Quartus, inaffabilis suavitas. Quintus, Pax exuperans omnem sensum. Sextus, Virtutum omnium ornatus. Septimus, Vera Christimitatio. Octavus, Rerum humanarum contemptus. Nonus, Perfecta mandatorum DEI & Ecclesie adimpletio. Decimus, Mirabilis corporis transmutatio.

Primus Unionis effectus, Immensa anima Deo unita pulchritudo.

§. 2.

Hoc igitur inter alia præcipuum est, quod hæc Unio in iustis efficit; quòd eorum animas summo gratiæ decore & pulchritudine afficit, ita ut deinceps non solum pulchre, sed & pulcherrimæ sponi ore nuncupentur. Cant. 1. O pulcherrima mulierum ab eodem sponso vocatur; quod non obscure illi Isaiæ verbis cap. 35. Gloria Libani data est ei, & decor Carmeli, denotatur; in quibus speciem & decorem animæ, montibus Libani & Carmeli idè comparat, quia illi montes speciosissimi, pulcherrimi ac deliciosissimi erant in re alios. Hoc quidem alia veluti dicendi phrasi cap. 58 Isaias expressit, dicens: Et eris quasi hortus irriguus. Magna sanè est horum amantibus & jucunditas; quare DEUS animam ad tantam felicitatem

vid. nost. Antonii Director. my. sic. Tract. 4. dist. 20.

Decem unionis fructus sive effectus.

CAPUT

evectam, non immerito cum irriguo horto comparat, cui jugis aqua sive ros caelestis deesse non solent.

Præterea, quanta sit animæ ad tantam gloriam sublimatæ gratia & pulchritudo, ex eo facile conjici potest, quod DEUS eam spiritali sibi connubio junxerit, sponsamque dicaverit. Hanc sæpè DEUS ita alloquitur: Tu es filia mea dilecta. Tu sponsa mea, in qua mihi benè complacui. Aliquando verò (non tamen sine divina revelatione) anima ad hunc pertingens statum, non solum de sua acceptatione sive gratia redditur certa, ita ut aliquando similia verba audire mereatur: Sufficit tibi gratia mea; sed etiam de speciali DEI protectione, sive in gratia confirmatione, (ut Apostolis contigit,) reddatur secura.

Hanc deinde miram gratiæ plenitudinem colent alia dona sive Spiritus sancti charismata commitari, qualia sunt ea quæ Apostolus 1. Cor. 12. enumerat, dicens: *Alii per Spiritum datur sermo sapientia; alij autem sermo scientia secundum eundem Spiritum; alij gratia sanctorum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij generatio linguarum, alij interpretatio sermonum.* Nam cum gratia gratis data præcipuè in eum finem à Deo infundatur, ut homo aliis cooperetur, eosque ad DEUM deducat; hujusmodi autem purissimæ mentes non solum in propriam, sed etiam in communem Ecclesiæ utilitatem eligantur à DEO; conveniens quidem videtur eas similibus donis ac gratis à DEO condecorari.

Præterea, duplici de causa (ut auctor est D. Thomas 1. 2. quæst. 112. art. 5.) solet DEUS aliquibus certitudinem suæ gratiæ revelare. Prima, ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat. Secunda, ut confidentius & fortius magnifica opera prosequantur, & mala præsentis vitæ sustineant. Quare cum purissimæ istorum animæ sæpè à DEO ad magnorum operum prosecutionem destinentur, ne tantorum operum difficultate succumbere contingat, non sine divino consilio de sua acceptatione & perseverantia in bono redduntur securæ.

Hanc gratiarum abundantiam & plenitudinem illis etiam verbis cap. 3. expressit Isaias: *Sisifse, inquit, sunt in deserto aquæ. & torrentes in solitudine.* Quasi dica, cataractæ cæli, id est, divina omni influentiarum, aperitæ sunt, & pluri illud divinum manna super eas, quæ hanc cum DEO æcanam conjunctionem degustarunt.

Denotatur præterea non obscure ab eodem Isaias cap. 58. ista etiam in bono confirmatio, quam solet laicis illis, rarissimis tamen, viris DEUS elargiri. *Erts, inquit, sicut fons aquarum, cujus non deficit aqua (aquæ inquam gratiæ, sanantis & salientis in vitam æternam.)* Et illis etiam verbis cap. 60. *Et non occidet ultra Sal tuus, quia eris tibi Dominus in lucem sempiternam.*

Secundus effectus, Splendor lucis.

§. 3.

PRÆCIPUUM inter alios hujus Unionis effectus locum sibi vendicat sublimis & perfecta divinorum sive mysteriorum fidei cognitio, ac ipsius DEI perspicax clarusque (quantum in hac vita permittitur) intuitus. *Videbunt, inquit Isaias c. 55. gloriam Domini, & decorem DEI nostri.* Quæ quidem visio, licet non sit omnino intuitiva, est ta-

men proxima valdeque vicina Beatorum visionis; manifestat enim seipsum DEUS in hac unione homini mortali, quantum fas est in hac vitæ quæquamvis DEUM sicuti est non videat, videt tamen id quod est, ut ex D. Bernar. do superius ut didimus.

Hanc præterea lucis divini ubertatem & affluentiam aperitis verbis idem Isaias cap. 58. significavit, dicens: *Et implebis splendoribus animam tuam.* De hac divinitus infusa luce optimè Macarius Homilia 8. *Interdum lumen ipsum cor illustrat, aperuit interius & profundus ac latens lumen, ita ut totus homo absorptus ab illa suavitatis & contemplationis, non sit ultra sui compos, sed sit tamquam stultus & barbarus huius mundi, propter immensam dilectionem ac suavitatem, atque recondita mysteria, ut ut tunc temporis homo liber perveniat ad perfectum gradum, sitque purus & immunis à peccato.*

Hanc etiam lucis plenitudinem commendat Isaias cap. 60. dum inquit: *Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Quasi denotet, animas ad tantam cum DEO unionem evectas, ab ipso immediate fore deinceps edocendas, ita ut amplius exteriori magistrorum doctrina non egeant; ipse enim Spiritus divinus sua unctione docebit illas omnem veritatem, quod idem Propheta antea prædixerat cap. 54. *Et erunt homines docibiles DEI.* Ipse enim DEUS est qui docet de omnibus, & spiritualis mysticosque sensus animæ sibi unitæ aperit, ceberimè, vel etiam indefinenter eam visitat, adstringit, osculatur, illustrat, accendit, penetrat, & implet. Nam cum talis anima sit speculum jam clarum sine macula divino Soli convenenter objectum substratumque, ipse Sol justitiæ non cessat assidue stillicidia gratiæ, radios sapientiæ, & charitatis sancti illas in eam diffundere. Valde quidem libenter atque mirabiliter DEUS se nonnumquam animæ perfectæ revelat atque manifestat; nondum tamen se ostendit sicuti est in sua ineffabili gloria, sed sicut in hac vita videri potest.

Magna præterea mysteriorum fidei penetratione ac certitudine hujusmodi animæ prædictæ sunt, quia lumine æternæ veritatis desuper illustrantur; quare si omnes mundi sapientes homines mysticam unionem experto dicebant, *Falleri mihi ser. fides tua non est vera.* ipse indubi à: er responderet: *Imò verò vos omnes fallimini, nam fides mea verissima certissima aquæ est.* Hoc firmiter responderet, habens in corde suo, non tam per investigacionem rationis, quam per unionem amoris, infallibile fundamentum. Melius sanè talis divinitatem cognoscit, quam cognoscant plerique evaditi Magistri, qui in Sancta sanctorum & in secretum Regis æreni cubiculum nondum admitti, nondum lumine gratiæ excellenter illustrati sunt, DEI virtute divinarum Scripturarum sensus aperit, gustumque Evangeliorum donat. Ipse et go veram sapientiam ex influentia Spiritus sancti magis quam ex multorum librorum lectione acquirens, clare videt & intelligit, quid sibi vel aliis agendum, quidque dimitendum sit.

Quamvis verò ipsi nobilissimi spiritus divino lumine copiose illustrentur, in quo clarè cognoscunt quid agere, & quid dimittere debeant; libenter tamen propter DEUM alius se submitunt, ut ab eis aliquid addiscant; libenter omnibus secundum DEUM obtemperant, libenter infimum locum ubique tenent, neque propter dona

Hujus divinitatis effectus & commendatio ubi docetur.

nobilissima, quæ accipiunt, extollunt; quia in nihilum suum se profundissime demergunt.

Præterea, hac veritate, quæ DEUS ipse est, anima illustrata, ut præclara est quidam devotus Auctor philosophatur, omnium cernit creaturatum labentium vilitatem & nihilum, agnoscitque vilita ut vilita, & pretiosa ut pretiosa. Videt inquam in hoc lumine, quàm vile & nihil sint omnes res terrenæ, quantumque illarum amor sibi adferat detrimenti. Unde jam ab illis sibi ulterius imponi non sustinet, tametsi plures alio eas insequi videat; perinde ac si quis veneno cibum infectum nosset, licet multi ex illo ederent, dicerentque ei, Comede, quia cibus bonus est; ille nihilominus abstineret, & diceret: Venenum est in cibo, ideoque non possum inde sumere; vos autem planè stolidi estis, dum inde editis, quandoquidem certa vos mors manet. Similiter, si quis turrim cernebat jam jamque ruituram, quantumlibet invitaretur ab aliis ad ingressum, dicentibus ut securus in ea moraretur, quando & ipsi idem facerent: si quis illi sensus esset, non utique intraret, sed illos potiùs irrideret.

Hoc igitur lumine quisquis perfusus est & regitur, non modò terrena non diligit, sed etiam odio ea & contemptui habebit, tamquam mortem inferentia. Enim verò animam veneno inficiunt; cumque certo certius ruitura sint, animam secum trahunt in præcipitium mortis æternæ. Quòd etsi aliquo in casu terrena hæc utilia ipsi fore, aut commodum temporale allatura videantur, isto tamen lumine illis renouari docetur, eò quòd læta potiora sectetur. Quomodo si quis Imperatori prædolum, licet non contemnendum, sexaginta libris venale offerat, quod aliqui septuaginta vendi possit, contemnetur utique ab Imperatore, recusatque hæc audire tam frivola offerentem, quandoquidem integra sit oppida castraque merca: potiùs studet, estque rebus & negotiis potiùs intentus. Sic anima cælestibus lucris inhians & occupata, terrenis & temporalibus emolumentis dedignatur animam apponere.

In hoc præterea lumine cunctarum animarum virtutum perfectio confertur à DEO. Quid est enim aliud humilitas, nisi quòd lumen veritatis? Quid charitas, quid patientia, quid obedientia, quid virtutes ceteræ, nisi quædam sunt lumina veritatis? Dirigitur ergo anima isto lumine ad ipsarum virtutum vim & efficaciam discernendam, earumque exercitia amplectenda, atque per hoc ad ipsas virtutes perfectè apprehendendas possidendasque. Unde si cuiquam hoc illustratò lumine, vel centum totius orbis elegantissimæ femine proponerentur, mox eas fastidiret, nec vel brevissimo temporis puncto ad luxuriam moveretur, ledemque gulam non solum respuit, sed & cum tædio ingenti magnoque cruciatu dulcia ac delicata cibaria, si sibi apponerentur, perciperet. Eodem modo ex hujus operatione luminis alia omnia abhorret vitia, eorum malitiã considerata.

Et ut breviter dicam, dirigitur per hoc lumen in singulis quibusque rebus & operibus particularibus, quandoquidem illustratur ab ipso, quo repletus est, ad considerandum in cunctis sibi occurrentibus honorem & voluntatem DEI. Cum enim hunc solum diligit, ejus honorem & voluntatem quærit, spectat, & intendit in omnibus, exemplo JESU Christi, qui tempore passionis hæc duo studiosissime observavit, nobisque imitanda reliquit. Inclinando etenim sese in oratio-

ne, instar pauperis cujusdam homuncionis, honoravit Patrem: dicendoque, *Non mea, sed tua voluntas fiat*, ejusdem quasi vit voluntatem. Sic igitur anima per hoc lumen, exemplum sequitur Christi Domini sui, ut si id quod occurrit, eum honore & voluntate DEI consentiat, prompto illud animo exequatur: sin verò alteri horum seu utriusque sentiat esse adversum, respicit ac detestetur, nec prore qualibet aut pro cujusquam gratia illud admittat, faciatve. Hac de causa à verbis otiosis, pravis cogitationibus, & vitiis atque peccatis omnibus cavet sibi pro viribus, cum sciat illa omnia divino honori ac voluntati esse contraria, ut per hoc lumen perfectius edocetur.

Deinde, ubi in hac Via anima benè assuescitur & robotata est, non intercipitur nec impeditur illi hoc lumen propter occupationes alias bonas inter dum occurrentes, ut est cura regiminis animarum, sollicitudo concionandi, aut proximis quippiam vel obsequii vel beneficii impendendi. Ut enim aliquis cernens murum aliquanto spatio à se distantem, uno oculorum adpectu tam murum ipsam, quàm quæque interposita media intueretur: sic anima hoc illustrata lumine, & DEUM simul, & omnia propter DEUM agenda videt. Neque tamen propterea recedit à via jam cæpta, tametsi contemplatio interdum DEI causis intermittatur.

In hoc etiam lumine cognoscit anima vilitatis suæ veritatem; quantoque viciniùs DEO conjugitur, tanò se vilior em cenet, quia sese citius conspicit quid sit, quidque habeat à seipsa. Et quia nihil sibi reservat neque appropriat de omnibus receptis à DEO, vel de bonis quæ ex ejus munere facit, sed omnia illi fert accepta à quo habet, cunctaque, quæ accipit ab ejus benignitate, sine suis meritis sibi collata novit: ideo non extollitur, ne propter ingratitude donis DEI privetur. Imò Dominus ipse nihil eum furari vel usurpare sibi temerè animadvertens, sed omnia in se refundere, uberrimè in ea collocat thesauros suos: multoque ei plura largitur quàm vel perat ipsa, vel desideret. Hæc verò omnia consequitur anima ex hac expropriatione & abnegatione sui. Enim verò pestiferis exclusis ac profligatis cupiditatibus, ambitionibus, inordinatis affectibus, propriis voluntatibus, atque universis demum creatis amoris mediis, quæ animam obscuram reddunt: & obæcant, mox divina lux ingreditur, illustrans, replens & docens eam de omnibus. Neque tamen ex hac sui expropriatione dictam dumtaxat luminis ac veritatis gratiam anima consequitur, sed etiam gratiam stabilitatis & pacis; & tunc reverà eam DEUS inhabitat, qui nunquam habitare dignatur, nisi in tabernaculo pacis.

Unde jam talis anima, in afflictionibus, damnis, injuriis & pressuris quibuscumque tranquillam servat patientiam, manetque stabilis & fortis in DEO, in quem sese ex toto projecit, & in quo manet, sicut: & ipse in eascul etiam se totum commisit, ipsiusque se voluntati conformat in omnibus. Ideoque animadvertens adversa quæque ex mera DEI voluntate accidere, consentit eidem, & non patienter modò, verùm etiam libenter sustinet universa. Unde fit, ut verba injuriosa, damnavè temporalia, imò nec totus eam contingat mundus, cum non possint ista pettingere usque ad DEUM, in quo anima suam constituit hereditatem, nec est colligata amplius terrenis rebus &

capidatibus, ideoque jam non illic eam reperiunt, ubi esse consueverat: haud secus, quam si me quispiam inquirens, loca scrutaretur omnia, in quibus ante esse solitus fui, adeoque vel mundum universum, eo dumtaxat in quo nunc essem loco excepto; me utique minime reperire: & sicut domus, dum absente & ignorante domino ignibus confligaret, dolorem non inferi domino: sic qui temporalia per amorem non adspicit, damna jacturamque illorum docet pro nihilo. Vigorem nihilominus roburque accipit per exemplum Christi in ea commorantis, qui tot tantaque pro ipsa perpassus est, ut hac mente revolvens dissimulare non possit, quin fortiter amore inardescat reciproco, cupiatque ipsi conformari, gaudeatque in cruce & afflictionibus, ita ut de nullo eventu amplius vel laetetur vel turberetur inordinatè. Hinc etiam consequitur anima stabilitatem sensuum sui corporis. Postquam enim propter amorem Creatoris, omnium à se rerum creaturarum abiecit amorem, non vagatur neque discurret amplius sensibus suis per eandem, sed eis frangit, & DEO commendat, stabili fide & amore fixa in eo, dicens cum ab oratione recedit: Domine teneas me ligatum tecum, neque sensus meos, nec permittas me vagari extra te.

Et ut summa im dicam, adipiscitur anima ex hac abnegatione & expropriatione sui tam liberum & spiritum pacem & concordiam, ut deinceps non à se invicem dissentiant, sed caro propter se subijcit spiritui, sequens illum in omnibus quaecumque exercere velit, tam in rigore abstinentiae & vigiliis, quam laboribus & molestiis quibuscumque. Cum enim recordatur corpus sive sensualis homo, animam docente, sub quantis pressuris & angustiis sudare consuevit propter cupiditatem, avaritiam, ambitionem, & propriam voluntatem sive impatientiam suam, jamque in magna se pace cernit constitutum, libens amplectitur quocumque labores poenitentiae, tantum ut liberetur à pristinis laboribus suis instructuosis, imò & damnosiss, magisque cruciantibus: sicut si quis certus esset pro centum denariis mille se recepturum auti pondera, non utique grave illi foret centum dare denarios, imò libenter exponeret ducentos: ita corpus pro ingenti ducit lucro labores omnes spiritui necessarios, adeò ut hilariter saepe etiam spiritum antevertere & praecurrere conetur.

Tertius effectus, Ardor amoris.

§. 4.

IMMENSE (ut ita dicam) claritati, qua intellectuiva potentia DEUM tibi praesentem ac unitum contempletur, succedit ardentissimus ac incomprehensibilis amor, totum animae regnum, nempe potentiarum superiorum & inferiorum, vigoroisè perfluens, secundum capacitatem & exigentiam uniuscujuscumque: facit enim animam ardore suo liquefcere, ac in amorem divinum, qui sine mensura est, transformari; solus amor est mediū, quo anima divino complexu DEO sociatur, conjungitur, adhaeret, ac veluti divino copulatur matrimonio. Magna quidem est vis & violentia amoris, qua ad tantam dignitatem & celsitudinem anima passionum mole gravata attollitur, ut unus spiritus cum DEO fiat, ac tota defaecata, in DE-

UMque transformata, DEI proprietates similitudinemque participet: Non quidem obscure mirabilem hanc in DEUM per amorem transformationem expressit Isaias illis verbis: *Et implebit eam splendoribus*. Denotat autem splendor non solum lucem, sed & fulgorem ardoremque, quo anima veluti splendidissimo ac ardentissimo divini ignis radio penetrata, tota in DEUM, non aliter ac lignum in ignem, convertitur ac transformatur.

Ex hoc uberrimo amoris fonte oritur in anima immensum quasi desiderium videnti mellis tantam sponsi faciem: unde quasi tortor solitaria à se ipsa deficiens, pæne à quaesita & exanimata se perim, mentitate deliciarum & divitiarum gloriae DEI sui, deficit & anxiatur praeter radio praesentis vitae, ut egregie S. Basilus sequentibus verbis docet in Regula suis disputati, Interrogatione 2. Ea, inquit, Domini pulchritudo, si quando Sanctorum virorum quempiam circumfulsit, intolerabilem torm in animis desiderii aculeum reliquit, quippe qui, cum vehementer eos vita hujus taderet, in voces illas irumpere soliti essent: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, & Quado veniam, & apparebo ante faciem DEI, & Dissolvi & esse cum Christo longe melius est, & Stitit anima mea ad DEUM fontem vivum, & Nunc dimitte servum tuum Domine. Vehementer enim vitam hanc, veluti terram quemdam carcerem abhorrebant, usque adeo diffidit ad cobivendum animos irantii, quorum mentis DEI amor persirinxerat. Cum enim inexplebilis invidua divina pulchritudinis cupiditate flagrarent, illud exoptabant, ut aquata in finito sempiterna vita in vultu sibi jucunditatis Domini contemplanda facultas praeberetur.*

Beatus Macarius praecelatè Homil. 10, animam sistentis DEI faciem, ac alios ad nullum amoris effectus expressit, dicens: *Hujusmodi amor, quam ardens & insatiabilis dilectione flagrans erga Dominum, digna sunt vita aeterna, accipiuntque praesentem illuminationem, & participationem sancti & carissimi Spiritus, ac mystica societate in plenitudine gratia.*

Et paulò infra: *Porro anima, qua DEUM verèque Christum colit, etiam si infinita iustitia opera ediderit, ita se habet, perinde ac si nihil egisset, propter inexplebile desiderium quod habet erga Dominum; quia licet jejuniis aut vigiliis corpus confum spiritui, ita affecta est, ac si nondum quidquam agere coepisset, quò ad virtutes perveniat. Esti varia spiritus charismata, aut revelationes ac mysteria caelestia consequi meruerit, propter immensam & insatiabilem dilectionem erga Dominum ita se gerit apud se, ac si nihil ad huc obtinisset, sed quotidie esuriens & sitiens, per fidem & charitatem perseverans in oratione, immò ac ad mysteria gratia, & ad omnium virtutum gradum aspirat, caelesti spiritus amore vulnerata, ardens desiderio erga sponsum caelestem (per gratiam, qua praedita est, agitata) desiderans habere persicè mysticam & arcanam cum eo societatem in sanctificationis processu, revelata animae facie, fixis semper oculis instuens sponsum caelestem facie ad faciem, beneficio spirituali & ineffabili luminis in eo per dulcedinem fidei plene demersa, configurata morti ipsius praesumo desiderio, quo perpetuo sperat pro Christo mortem oppetere; confidens sine dubio, per gratiam spiritus se plene liberatam iri à peccatis & tenebris affectionum; ut purificata per spiritum, & anima & corpore sanctificata, vas purum evadere mereatur ad suscipiendam caelestem amissionem, in qua manere dignetur caelestis ac verus Rex Christus.*

De

Demum ipse quoque Macarius Homil. 4. in eodem proposito loquens, ita scribit: Si ergo carnalis dilectio sic hominem solvit ab omni alio amore, quantum magis solvetur ab omni dilectione mundi, quicumque digni habitus sunt ut sancti, caelestis & semper amandissimi Spiritus verè participes fierent, & cuncta videbuntur eis inutilia, propterea quia victi sunt à desiderio caelesti, & in ipso casu Spiritus illi uniti. Nam qua illis sunt, desiderant & cogitant, illic vivunt, illic cogitationes inambulam, ibi mens assidue versatur, divino & caelesti amore atque desiderio spiritali superata.

Iste verò divinus amor, quo anima omnino videtur accensa, non est impetuolus, violentus, aut valde fervidus, sicut in initio esse solebat; sed potius est omnino serenus, quietus & purus, ad instar ollæ, in qua antequam perfecte decoquatur cibus, ita fervet, ut exterius effundatur; facta verò cibi decoctione, interior calor quiescit. Præterea, quò flamen est profundius, eò aquæ exterius apparent magis serenæ & tranquillæ: ita quidem quantum divinus amor majores & profundiores immisit in anima radices, eò exterius magis tranquillus apparet.

Quartus effectus, Ineffabilis suavitas.

§. 5.

Legend. noll. Ludovici à S. terefia Tract. Theolog. de unione anima cum Deo, quaest. 12. & Joseph à Jesu Maria Tom. 2. Ascens. animæ ad Deum lib. 3.

Lucem & claritatem illam immensam, amorem animæ incomprehensibilem, de quibus superius aliqua prænotavimus, quædam quasi beatifica fruitio (qui est quartus hujus divinæ Unionis fructus) consequitur. Hæc autem fruitio tam immensa est, quòd per eam felicitas anima absorbetur in quamdam incipientiam & ingentem sui absorptionem, in qua experitur æternæ dulcedinis saporem, ac ibi summo bono intimè conjuncta, experimento ipso agnoscit quoniam suavis est Dominus. Ad summam enim cum hęc pertigerit anima cum DEO conjunctionem, ac amantissimum cum amato deosculatorem, necesse est ut summum etiam gaudium experiat. Hæc enim summæ dulcedinis perceptio, effectus est conjunctionis rei amatæ cum amato; & quòd intimior ac immediatior fuerit connexio ac unio, eò magis gaudium accrescit. Gaudet in cælesti animæ iustorum, quia ista cum DEO summo bono conjunctione fruuntur: gaudent etiam in terris animæ perfectorum, quibus ista felicissima cum DEO unio ac transformatio contingere solet.

Hanc animæ DEO unitæ jucunditatem & exultationem multis verbis exponit Isaias cap. 35. Scissa sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine: id est, torrente voluptatis divinæ potabit eos Dominus. Et infra: Et lætitia sempiterna super caput eorum, & gaudium, & lætitiæ obtinebunt. Idem cap. 38. Et cibabo te hereditate Jacob patris tui; id est, pervenies ad terram promissionis fluentem lac & mel, quòd verè denotat ingentem lætitiæ & consolationis abundantiam. Demum cap. 65. Ego creo caelos novos, & terram novam, id est, pro his qui ardentissimo amore mihi fuerint conjuncti, novum cælum, id est, novum vivendi modum ad instar cælestis gloriæ, eis liberalissima manu concedam; ita ut, sicut beatissimi illi spiritus DELIM videntes immensa luce, ardentissimo amore ac ineffabili gaudio fruuntur; ita & hi, licet non ita plenè, perpetua lætitiâ, inextinguibili veritatis splendore ac Seraphico amore etiam in hac peregrinatione afficiantur.

Et quidem anima in DEUM per hanc arcana unionem immersa atque absorpta, ultra citroque in Divinitate enatare videtur, abundante in ineffabili gaudio, quòd etiam copiosè redundat in corpus; jamque illa in hoc exilio constituta diu quietam æternam incipit degustare, ac luo modo litas ac Beatorum dotibus indui, ut præclare Cassianus proprie Coll. 1. cap. 13. prolequitur, ubi statum perfectorum in hac vita, quantum ad gaudium & lætitiâ quibus in hac peregrinatione fruuntur, illis cælestibus substantiis comparat, quorum status nihil aliud est quàm perpetua jugisque lætitiâ. Quid enim, inquit, tam proprium veræ beatitudinis, tamque conveniens, quàm tranquillitas jugis & gaudium sempiternum? Et ut hoc ipsum quòd dicimus, ita esse, non mea conjectura, sed ipsius Domini auctoritate certius instruaris. audi tum, qualitatem & statum regni illius aperitissimè describentem. Ecce, inquit, ego Is. 65. creo novos caelos, & terram novam, & non erunt in memoria priora, neque ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum in his quæ ego creo. Et rursus: Gaudium & lætitiâ invenientur in ea gratiarum actio, & vox laudis, & erit mensis ex mense, & Sabbatum ex Sabbato. Et iterum: Gaudium & lætitiâ obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Et si adhuc clarius de illa conversatione & civitate Sanctorum vultis agnoscere, attendite qua ad ipsam per usalem voce Domini dirigantur: Et ponam, inquit, visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam: non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio interminis erit, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit ibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Luna illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & DEUS tuus in gloriam tuam. Non occides ultra Sol tuus, & Luna tua non minuetur: sed erit Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies lætitiæ tui. Hæc Cassianus.

Hæc est illa dulcedo inexplicabilis & mira suavitas spiritus, quam expertus S. Augustinus sæpè asserit esse principium futuræ arcanaque beatitudinis, ad cuius gustum quomodo cum matre pervenerit, lib. 9. Confess. cap. 10. sic exponit: Dicebam ergo: Si cui sileat tumultus carnis, sileant phantasia terra, & aquarum, & aeris, sileant & poli, & ipsa sibi anima sileat, & transeat se, non se cogitando; sileant somnia & imaginaria revelationes, omnis lingua, & omne signum, & quidquid transeundo fit, si cui sileat omnino, &c. Loquatur per se solus, qui fecit ea, non per ea, sed per seipsum, ut audiamus verbum ejus non per linguam carnis, neque per vocem Angeli, neque per sonitum nubis, neque per anigma similitudinis; sed ipsum quem in his amamus, ipsum sine his audiamus: sicut nunc extendimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternam Sapientiam super omnia manentem, si continetur hoc, & subtrahantur alia visiones longè impari generis, & hæc una rapiat, & absorbeat, & recondat in interiora gaudia spectatorem suum, ut talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ cui suspiravimus; nonne hoc est, intra in gaudium Domini cui?

Hujus summæ delectationis, quæ ex amorosa unione animæ cum DEO resultat, eam rationem reddit Getton Tom. 3. de Mystica Theol. practica, Confid. 42. Quia cum res qualibet sit satiata & in quiete, tunc perfectionem suam adeptam videtur; & cum spiritus noster in hac mystica unione conjungatur summo perfectibili, nempe DEO, per amorem perfectum, necesse est, ut ibi quietetur, satiatur, & stabilizetur: sic materia in forma habitata, sic lapis in centro positus,

Declatur hujus admirabilis gaudii reduntabilis gaudii illa in hoc exilio constituta diu quietam æternam incipit degustare, ac luo modo litas ac Beatorum dotibus indui, ut præclare Cassianus proprie Coll. 1. cap. 13. prolequitur, ubi statum perfectorum in hac vita, quantum ad gaudium & lætitiâ quibus in hac peregrinatione fruuntur, illis cælestibus substantiis comparat, quorum status nihil aliud est quàm perpetua jugisque lætitiâ. Quid enim, inquit, tam proprium veræ beatitudinis, tamque conveniens, quàm tranquillitas jugis & gaudium sempiternum? Et ut hoc ipsum quòd dicimus, ita esse, non mea conjectura, sed ipsius Domini auctoritate certius instruaris. audi tum, qualitatem & statum regni illius aperitissimè describentem. Ecce, inquit, ego Is. 65. creo novos caelos, & terram novam, & non erunt in memoria priora, neque ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum in his quæ ego creo. Et rursus: Gaudium & lætitiâ invenientur in ea gratiarum actio, & vox laudis, & erit mensis ex mense, & Sabbatum ex Sabbato. Et iterum: Gaudium & lætitiâ obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Et si adhuc clarius de illa conversatione & civitate Sanctorum vultis agnoscere, attendite qua ad ipsam per usalem voce Domini dirigantur: Et ponam, inquit, visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam: non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio interminis erit, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit ibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Luna illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & DEUS tuus in gloriam tuam. Non occides ultra Sol tuus, & Luna tua non minuetur: sed erit Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies lætitiæ tui. Hæc Cassianus.

De

fitus, sic res qualibet in adepro sine suo quietatur. Anima quippe rationalis dum conjungitur & unitur DEO, copulatur suo summo bono. Est enim DEUS summum bonum ejus, est centrum ejus, finis, totaque ipsius perfectio. quid ergo aliud ipsa requireret? aut ad quid aliud ulterius inhiaret?

Triplicem animæ in Deum tendentia.

Porrò in ipsa anima considerat tres tendentias principales proportionabiliter ad triplicem vim ejus, sive potentiam. Quartum una est concupiscibilis, alia rationalis, tertia irascibilis nominatur. Concupiscibilis tendit in bonum, rationalis in verum, irascibilis in arduum. Sic anima per has vires tendentiam habet in benedictam & sanctam Trinitatem. Nimirum quia ad eam & ejus similitudinem facta est, ejusque imago constituta.

Attribuimus itaque Spiritui sancto bonitatem, & ad hanc tendit vis concupiscibilis; attribuimus Filio veritatem, & ad hanc tendit vis rationalis; attribuimus Patri potentiam, majestatem, & gloriam, & ad hoc tendit vis irascibilis. Oportet igitur ut his viribus satisfiat per conjunctionem cujuslibet cum suo supremo appetibili, anima rationali totaliter satiatur, quietetur, & stabilizetur: nam si delectatio in bono conveniens, & voluptas suavitatis queritur, quid de anima voluptate (beata maxime) sentiendum est? Audiamus quid Prophetadicit ad Dominum: Torrente voluptatis tua potabis eos, &c. DEUS ergo finis est anime, & ultima eius perfectio; ipse est velut centrum & locus naturalis omnium desideriorum suorum. Dum ergo in se deficit anima in salutare DEI velut ad nihilum redacta, nulli jam alteri, nec sibi inimitur, sed soli DEO ut sua dulcedini, ut sua veritati, ut sua glorificationi, dicens pro primo: Renuit consolari anima mea, memor fui DEI, & delectatus sum. Dicens pro secundo: Nihil arbitratu sum me scire nisi IESUM Christum, factus stultus propter ipsum. Dicens pro tertio: Utinam qui gloriatur, in Domino gloriatur! Ac proinde non habens quò ulterius tendat, aut quid ultra requirat, quietatur anima in DEO, atque stabilizetur, possidens in eo omnia, ceteraque contemnens atque parvipendens. Hæc Gerson.

Denique, hujus delectationis immensitas ex hac quoque similitudine probari potest. Si sensus naturales & imperfecti, sua oblectatione sæpe homines trahunt & rapiunt usque ad mentis excessum, absorbentque rationis usum, & hoc ex apprehensione objectorum imperfectorum; quis existimare dignè poterit, quanta sit illa delectatio, & quantus torrens divinæ voluptatis, dum perfectissima potentia suo perfectissimo objecto conjungitur & unietur?

Quintus effectus, Pax exuperans omnem sensum.

§. 6.

AMORIS & gaudii, pax, animi tranquillitas & quies, effectus esse solent certissimi & evidentes. Anima igitur arctissimo amoris vinculo Deo conjuncta, ac de uberrimo illo suavitate fonte haurienti Isaias cap. 60. pacem prædicit, inquiens: Et ponam visitationem tuam pacem. Et cap. 58. non solum pacem in præfixum tempus, sed sempiternam annuntiat: Et requiem dabit tibi Dominus semper. Nec perpetuam tantum, sed & abundantissimam Psalmista Psal. 118. offert: Pax multa diligens legem tuam.

Pacis hujus. De hac pacis ubertate eruditè Richardus (ut solet) in illa verba Psal. 4. In pace in idipsum dor-

miam, & requiescam, ita scribit: Pax sua tunc veras scilicet mens humana perfruitur, quando in id quod de divina dulcedine sentit, tota resolvitur. Ex infra: Hæc est illa pax, in qua anima obdormit; pax, qua mentem ad interiora rapit; pax, qua exteriorum omnium memoriam intercipit, qua ingenij acumen exuperat, qua rationis lumen reverberat, & desiderium cordis replet, qua omnem intellectum absorbet.

S. Joannes Climacus Grad. 29. de Tranquillitate animæ: Ille propriè tranquillus est, qui carnem quidem omni corruptionis labe purgavit, mentem verò super creaturam omnem elevans, omnes illi subicit sensus, atque vultui Domini animam sistens, supra virium suarum modum in illum se semper extendit. Hæc igitur pacem & tranquillitatem hæc Unio menti infert, tam sanè, quam nemo explicare sufficit; quia anima tunc in centro suo ponitur, ubi intimè soporatur, atque omnium desideriorum suorum latentiam conlequitur.

Sextus effectus, Virtutum omnium ornatus.

§. 7.

Sextus & uberrimus hujus unionis fructus, est omnium virtutum splendor & ornatus, quas DEUS in supremo gradu animæ ejus sponzæ dilectissimæ infundere solet: quem quidem pulcherrimum virtutum ornatum Isaias variis descensibus dicendi modis cap. 35. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & siccus in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oritur viros calami, & junci, & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur. Quasi clariùs innuens, animam prius sterilem & aridam, in virtutum excitatione fururam quasi hortum irriguam, & omni tam florum quam arborum varietate & abundantia ornatum, id est, virtutum omnium & gratiarum plenitudine affluentem; in eaque, in qua antea quasi in cubili dracones, id est, vitia sive inordinatæ affectiones habitabant, deinceps orietur viros calami & junci, hoc est, omnium virtutum & gratiarum decor & pulchritudo; ac demum viæ antea asperæ & obliquæ, à recta rationis regula aberrantes, viâ sancta & recta, per quam bestia mala, id est, vitium, non ascendet, vocabitur. Idem ferè sub horti irrigui comparatione, in quo variæ & pulcherrimæ arbores floresque amenissimi, id est, omnium virtutum genera producuntur, idem Isaias significavit.

Sunt autem hujusmodi virtutes quæ à DEO infunduntur, non vulgares, neque communes omnibus justis, sed potius illæ, quæ ob eximiam earum pulchritudinem & nobilitatem, à præstantissimis Philosophis & Theologis purgati animi fuerunt nuncupatæ. Sunt enim virtutes (ut inquit D. Thomas 1. 2. q. 61. art. 5.) jam assequentium divinam similitudinem, & ob eam causam vocantur virtutes jam purgati animi, ita ut Prudentia sola divina intueatur, Temperantia terrenas cupiditates nesciat, Fortitudo passionem ignorat, & iustitia cum divina mens perpetuo sadere sociatur eam imitando. Quas quidem virtutes dicimus esse Beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum. Hæc D. Thomas. Quare idem Angelicus Doctor virtutes purgati animi divinas appellat, quia sunt eorum, qui jam divinam similitudinem sunt assecuti. Porro verò Philosophus apud Macrobius prædictas virtutes purgati animi ideo vocat, quia sunt jam defæcati animi

Thomas

Oper Spiritu
T. II
OVI

Tria per
facili-
morum
homi-
num in-
dicia &
exerci-
tia.

Virtutes
purgati
animi
quæcum
dicuntur.

Quare
eodem
divina
nuncupantur.

mi ab omni hujus mundi asq; ergine preise pure- que detest.

Quandò igitur virtutes sunt perfectiores in his, qui continuo sociare sine amore DEO sociantur, tantò magis peccati & passionum fomitem extingunt, veramq; & omnimodam sibi ipsorum mortificationem inducunt. Quare spirituales isti athleta seipos & naturam suam funditus mortificant, ardentè atque subtiliter æternæ veritati se applicant, naturæ suæ cunctisque labentibus creaturis viriliter renuntiant, tantaque cum strenui- tate DEO uniantur, ut per continuam abstractionem, per fervidas orationes ac infusam tendentia desideria, Divinitatis amore carnem & sanguinè, ossiamque medullam panè contemplant, ita ut neque aliq; eis virium superesse videatur, nisi quantum spiritus vivacitas subministrat; sanguis enim ipsorum divini amoris incendio velut decoctus & exsiccat. Hi planè se DEO omnino resignant ac obtulerunt, ita ut nihil aliud jam desiderent, nisi ut in omnibus divina voluntas, ac DEI honor & gloria perficiantur. Unde quidquid ille vel cum eis, vel cum aliis quibuslibet creaturis agit, abundè eis gratum est: adeo ut si ve det, si ve auferat, nihil moventur penitus, nec quidquam sibi ex omnibus usurpant. Quidquid enim Deus agit, adeo ipsis præ amoris ardeti vehementia, ut nihil aliud optare possint, hoc ipsum undequaque optimum esse in animam inducentes. Ad hæc, bianda magis quam aspera fugiunt. Hæc est autem perfectissima passionum omnium mortificatio, quam præsignificavit Isaias cap. 35, illis verbis: Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam. & cap. 60. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis. Quasi clariùs dicat, quòd immoderate passiones, quæ nomine leonis & male bestia denotantur, non amplius occupabunt animæ viros, neque dominabuntur super ea. Et quia perenni pace à Domino visitatur, ultra neque iniquitas, neque vastitas, aut pravatum affectionum contritio, quæ totam animæ regnum perturbare solent, audiuntur in ea.

Quare necesse est, ut ad tantarum virtutum amplitudinem & perfectionem tria hæc, quæ perfectissimorum sunt, consequantur: nempe, perfectus recessus à malo, perfectus progressus in bonum, perfectus status in optimo, ut pulchre docet D. Bonaventura Tom. 1. in Tract. de Beatitudinibus. Neque ob id censendi sunt, qui eorumque per venerunt, impassibiles, & omni humanæ perturbationis & affectionis expertes evadere; ut olim quidam Scriptores, inani perfectionis studio ducti, in eum errorem prolapsi sunt, quem S. Hieronymus in Epist. ad Ctesiphontem tribuit Origeni, Evagrii, Rufino, & aliis.

Septimus effectus, Vera Christi imitatio.

§. 8.

PURÆ animæ, quæ ad purissimos & delectabilis sponsi amplexus pervenerunt, omni conatu student, ut Christi vitam, passionem, virtutes quoque imitentur, ac pro ejus amore quascumque tribulationes & adversitates libenter sustineant; gratum quippe est pro amato & magna facere, & adversa perferre: nec potest anima tribulationem & crucem non amare, quæ capiti Christo Domino vero ejus sponsi conformari, Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

Paulus post raptum in paradysum, in tribulationibus & Christi cruce libentius quàm in rebus promotionibus acceptis gloriabatur. Unde nihil aliud tristissimè appetunt quàm Christi imaginem & exempla in Paulus omnibus sectari, eique fieri conformes in omni gloria, pressura, ignominia, & afflictione intus & foris, batur. omnique prolixo solatio destituti ac detestati esse, recogitantes assidue ineffabilem illam angustiam ac derelictionem spiritus Domini nostri JESU Christi, cum ille nudo ab omni solatio amore, adversus naturam colluctando sudorem emisit sanguineum, & gloriosum ex durissimo certamine illo pro nostra omnium salute triumphum reportavit; quomodo item in maxima amaritudine totus undique in cruce derelictus pependit.

Hoc pacto omne fundamentum (cum in fide nudo amore exornata, in vera que suæ voluntatis resignatione collocantur; si que læpius, ut DEUS sua ab eis excellentia dona auferens, in tanta eos paupertate relinquat, ut putares eos nihil unquam de DEO percipisse; simulque gravissimas supra omnem humanum intellectum tentationes eis evenire perantur, ita quòd ab omnibus despiciantur ac persecutionem sustineant. Ceterum, ipsi in his humiles semper ac resignati perseverant, omnique sibi consensione ac oppressione digni videntur; unde nec unquam tot eis possunt adversa contingere, quin plura semper exoptent. Nec enim ulla eos sollicitudo tenet, nisi quod metusunt, non ita perfecte atque vellent Christi te exempla sectari.

Præterea, ex divina illuminatione facile quibuscumque sint vitiiis irretiti perspicunt. Deinde, quantis peccatis bona hominum pars obnoxia sit, opumè cognoscunt, & eis vehementissimè compatiuntur, ita ut nonnumquam corporis inde incurrant ægritudinem: hæc enim major ipsorum crux est, quam ad mortem usque ad Christi Domini imitationem ferre coguntur. Tanto siquidem tamque ineffabili divinitatis amore feruntur, ut soli libenter omnes Purgatorii exciperent pœnas, si miseris in eo detentis animabus absolutionem impetrare possent; adeoque Salvatoris passione commoventur, ut afflictionem sustinent, & turpissimam quæ excogitari possit mortem, ad mortis illius honorem libentissimè patenterent, si peccatores quosque à peccatis ipsorum eripere possent, idque ob divini iudicii, quem non ignorant, metuendissimam rigorem: in ò cum omnes ingenti complectantur dilectione, si DEO ita visum foret, libenter ipsam quoque infernum subirent, ut omnes quanta sit in DEO beatitudo atque læticia compertum atque exploratum haberent.

Denique, nemo ipsos nisi solus DEUS seipso consolari potest, adeoque in Christo firmati sunt huic atque fundati, ut nec mille mortes ab ipso eos valeant separare: unde & tanto eos amore prosequuntur, ut si unus ex eis pro aliquo ipsum negotio deprecaretur, & mille alii etiam boni homines contrarium peterent, ab hoc uno civitatis atque libentius se pateretur exorari. Sed hi tales, pro dolo paucissimi sunt; & tamen quantumlibet rari sint, Christianitatis columnæ sunt, quibus ea innititur atque fulcitur.



Optimus effectus, Conemptus rerum humanarum.

§. 9.

Quam procul sit à rebus humanis & quam mundi sunt anima, quæ dulcissimum spongi osculum degustavit, confirmat Isaias illis verbis capite 58. *Sustollam te super altitudines terra.* Per hanc verò altitudinem S. Gregorius omnia illa terrena loca, quæ homines magna reputant, intelligi libro 3. *Moral. cap. 34.* dum inquit: *Hoc namque esse speciale Electorum, quod sic sciunt presentis vitæ iter capere, ut per spiritus certitudinem noverint jam se ad alia pervenisse, quatenus cuncta quæ præterflant, sub se esse videant; atque omne quod in hoc mundo eminet, amore aternitatis calcant. Hic est enim quod sequenti se anima per Prophetam Dominus dicit: Sustollam te super altitudines terra. Quasi quadam namque inferiora terra sunt: damna, contumelia, egestas, abjectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi, dum per lata via plantarum ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terra sunt lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor & sublimis dignitas; quæ qui per ima adhuc desideria incedit, eo ipso alta aestimat, quo magna putat. At si semel cor in caelestibus figitur, mox quam abjecta sint eruuntur, quæ alta videbantur. Hæc Gregorius.*

Quam sit infertora, & quam terra altitudines.

Consonat Macarius Homil. 4. dicens: *Anima enim, quæ ob summum desiderium & expectationem, fidem atque dilectionem digna fuerit habita, quæ recipiat illam supernam virtutem (nempe caelestem spiritus dilectionem) & quæ caelestem ignem immortalis vitæ fuerit adeptæ, ab omni dilectione hujus mundi relevat & solvitur; & ab omni laqueo nequitiæ liberatur. Quem admodum enim ferro, plumbo, auro vel argento in ignem coniectis resolvitur eorum dura natura, & in molliorem mutatur, quantoque diutius in igne permanserint: tanto magis solvuntur & mutantur à sua naturali duritie per virtutem ignis calidam; sic & anima, quæ mundo abrenuntia veritatis, solum Dominum desiderans omni animi pervestigatione, studio, atque contentione, & ex fide ac spe sua expectationem indeficientem in illum contulerit, illum ignem caelestem divini atque spiritualis amoris consecuta, cum verè à mundo exsolvitur, & ab omni vitio affectionum liberatur, & cuncta procul à se repellit; mutato naturali ipsius habitu atque peccati duritie, reliqua omnia pro superfluis habens, in solo sponso caelesti, quem recipit, quietescens per ardentem & inenarrabilem ipsius dilectionem. Hæc Macarius; qui eadem Homilia hunc rerum humanarum despectum alia comparatione explicat, dicens: *Si ergo carnalis dilectio sic hominem solvit ab omni alio amore, quando magis solvitur ab omni dilectione mundi, quicumque digni habitus sunt, ut sancti, caelesti ac semper amandi illius Spiritus verè participes fiverint, & cuncta videbuntur eum inutilia, propterea quia victi sunt à desiderio caelesti, & in ipso casu Spiritus illi uniti: nam quæ illis sunt desiderata & cogitant, illic vivunt, illic cogitationes inambulans, ubi mens assidue versatur, divino & caelesti amore atque desiderio spirituali superata. Hæc ille.**

Sublimis harum animarum status indicatur.

Nec solum super terrena & mundana lucra sustolluntur à DEO, sed etiam supra omnes curas, supra omnem perturbationem, supra mortis metum, & omnia quæ animæ vel corpori accidere possunt, tranquilla mentis libertate elevantur, neque frequentia hominum, neque occupationes

externæ eis præsentiam DEI præscripant; quia ipsi in omni multiplicitate unitatem spiritus servare norunt, stabili essentialique introversione donati. Ex omnibus quæ visu vel auditu percipiunt, celeritè in DEUM diriguntur, & cuncta eis quodammodò vertuntur in DEUM (sicut loqui fas est) cum in omnibus nihil in eotione & amore prosequantur nisi DEUM; quem admodum experientia quotidiana discimus, eos, qui aliquamdiu in Solis spheram obitus defixerunt, in omnibus quæ deinde aspiciunt, quamdam Solis speciem videre. Hi cum intus circa ea quæ DEI sunt, jugiter occupentur, Deoque adherent, foris videndo veluti cæci, audiendo surdi, & loquendo muti permanent: superna, ætheralem & Angelicam vitam in terra ducunt, ob idque terretres angelis vocari possunt. Unde hujusmodi rari ac sanctissimi viri mundo huic proflus mortui sunt, & seipso ac creata omnia penitus dereliquerunt, nec seipso, nec aliquid suum usquam hinc, vel in futuro sæculo inquirunt, sed omni privato commodo cunctisque labentibus creaturis strenuè renuntiantes, soli DEO adherent.

Optimus effectus, Perfecta mandatorum DEI & Ecclesie adimpletio.

§. 10.

ARDOR quidem perfectæ charitatis non solum virtutes ipsas ad supremum gradum perducit, sed & ad exequenda divina mandata, proprii instituti Regulas, & Ecclesie etiam minimas caritonas se accingit. Reversus Moyses de monte, Exod. 32. tabulas præceptorum DEI propriam manus scriptas ad populum detulit. Tabulæ quidem sunt corda iustorum, quos cum DEUS ad hanc altissimam unionis montem admittit, non jam hominum industria, sed digito DEI, ipsius mandatorum observatio exaratur. Superioribus in omnibus humiliter subduntur, Ecclesie etiam mandata & ritus magni faciunt: neque enim se liberos ratione hujus unionis divinæ à præceptorum aut Superiorum obedientia reputant, ut quidam tam præsentis sæculi, quam antiqui ævi hæretici temerè affirmarunt.

Decimus effectus, Mirabilis corporis transmutatio.

§. 11.

SPIRITUS itaque DEO assimilatus & unitus, præterea qualificatus & affectus per divinum amorem, qualificat (ut præclarè Geison philosophator) etiam & afficit consequenter corpus proprium, tamquam suum formabile seu materiale, per redondantiam spiritus ad corpus; unde fit ut corpus sic habitatum, induat & gerat quasdam conditiones & proprietates ipsius spiritus. Inde est quod Aristoteles dixit: *In virtuoso omnia consonant rationi.* Sic ergo spiritus nosler tractus à DEO, trahit consequenter ea quæ corporis sunt, ac proinde resultat unio mirabilis spiritus ad DEUM, & corporis ad spiritum.

Legimus, Moysen, postquam locutus fuerat ei Dominus in montis caligine, quod ad populum tumultuans regionem descendebat, faciesque ejus radiosa cornuque videbatur. Etenim sicut lampas ex lumine, sic corpus totum ex interna

Legend. de prædicatione sancti Pauli. cap. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

8. Castell. anima. 6. Reflex. i. & 3. seq. & B.P. Joan. a. Cruce. a. lique ab eod. laudat. Au- thores. Vid. eud. P. Bal- thas. in cap. 3. manfon. 7. Reflex. 1. & 3. & B.P. Joan. a. Cruce. Colleg. Salmant. Cam. D. Sc. in 1. 2. disp. 4. Tracl. 1. & P. Philip. 3. part. Theolog. mystic. Tracl. 3. disp. 3.

contemplatione elucescit, pulchrificatur & nite-
 scit. hinc vultus, hinc oculi, hinc tota corporis
 compositio divinum aliquid, sobrium, mode-
 stum, serenum & decorum preseferunt; sed ut al-
 ter Moyses, velant faciem hanc humiles, dicentes:
Secretum meum mihi.
 Nec solum corpus ex redundantia spiritus his
 qualitatibus afficitur, sed adinstar ipsius spiritus
 mira agilitate sursum aliquando sublevarur; pon-
 dus enim divini amoris emergere facit non so-
 lum spiritum a turbida fluctuantium phan-
 tasmatum & desideriorum carnalium terra caligine, ut
 solum libetis ascendat sed & aliquando corpus
 ipsam naturam suam grave a terra spiritus vi & effica-
 cia trahitur & elevatur. Senferat experimento faci-
 lili hanc amoris & spiritus vim sursum agentem
 ipsa mater Augustini S. Monica. Hæc aliquando
 in Ecclesia S. Cypriani martyris susceperat sacram
 Communionem, in qua plenitudo gratiæ velut in
 suo fonte sumitur; tunc protinus corpore a terra
 levato tales eripit in voces: *Polemus in celum, vole-
 mus in celum, fideles.* A qua dum postmodum qua-
 rere, quid sibi voluisset hæc insolita clamatio &
 elevatio ipsa, ut erat tota colubina simplicita-
 tis, piè benignèque respondit: *Et quid vultis, quid
 queritis? Cor meum & caro mea exultaverunt in DE-
 O M. VIVUM.* Cong. ut it quod sequitur: *Altaria
 tua Domine virtutum, supple, contulerunt hanc ele-
 vationem.*
 Tale aliquid de S. Thoma referunt, cujus cor-
 pus etiam contemplatio levabat a terra. Sic in bea-
 tis poenitentia speculis Maria Magdalena & Maria
 Egyptiaca, de sancta virgine & Matre nostra Te-
 resa, ac de B. P. no. Joanne a Cruce factum legimus.
 Solent etiam alia corporis mirabiles alteratio-
 nes ex divinis communicationibus evenire. De
 quibus D. Bonaventura Process. 7. Religionis cap. 15
 & cap. 19. *Quandoque, inquit, corpus quasi obrigitur,
 & membra indubilia & inflexibilia sunt ex subita ser-
 vore & suavitate in fluenta; & hoc potest esse, quia
 spiritus omnis distenduntur corde inflammato, quia
 extensio nervorum, & obstruuntur nervorum spiri-
 tualium, membra amittunt habitatem officiorum
 suorum, ut lingua loquela, manus operativorum, & pe-
 des & cetera grandium, quousque servat iterum remit-
 tatur, & via spirituum aperta sicut ut prius. Nec mi-
 rum si hæc divina affectiones possunt efficere, quarum
 virtus fortior est; cum etiam humana affectiones id
 interdum valeant, ut subitus terror, & subita & im-
 moderata lætitia & subitus dolor, & adum immen-
 sum & intemperatus amor sicut sæpe compertum est,
 & in estusum, vel stuporem, vel phrenesim alios ex hu-
 jusmodi raptos fervore esse. & membra in vigorem vel
 tremorem versis, vel etiam febres ex vehementi mole-
 stia incidit. Et infra: *Quia virtus divina dulcedinis
 intolerabilis est imbecillitati terreni corporis, sicut si
 ignem intro immittas. Unde legimus, Sanctos ex divi-
 nis visitationibus & revelationibus corrumpi, & viri-
 bus amarcuisse, de quo legitur in Daniele: Visionem
 hanc grandem vidi, & non remansit in me fortitudo,
 & emarci, nec habui quidquam virium, & jacebam
 confertus super faciem meam, ita D. Bonaventu-
 ra.*
 Divus etiam Dionysius Carthusianus de Fonte
 lucæ, art. 8. has corporis transmutationes frui-
 vam unionem consequentes descripsit, dicens: *Ex
 tanto quoque contemplationis excessu, amoris que im-
 petu, amore, & ebullitione generantur per redundan-
 tiam quamdam in parte sensitiva ac corpore languor,
 debilitas, maror, ac macies, detestatio corporis alimen-
 tum. a Iesu Oper. Tom. II.**

ti, impotentia usus ac motus membrorum ac sensuum,
 & totius corporis rigor.
 Et infra: *Amplius quoniam amor ingreditur ubi
 scientia permanet serena, dum mens contemplationi
 mystice est intentata, inflammato & velut commoto &
 irruato amore, incipit quodammodo ebullire ac super-
 fervere, suaque violentia totum corpus concutere,
 quod autem fervet, quadam caloris ac desiderij sui vio-
 lentia extra se ipsum projicitur, & supra se tollitur,
 quasi ibi esse dedignetur, unde vehementer se jactat
 sic & mens transfixa amoris fervore, quasi extra cor-
 pus jactare se nititur, & usque in summum volare ni-
 titur. Hæc ille.*
 Demum, pro coronide hujus tractatus de U-
 nionis effectibus, addamus egregium D. Laurentii
 Justiniani testimonium, quo conditiones ha-
 lam nuptialis, in quo spirituale animæ cum DEO
 connubium celebratur, alioque mirabiles effe-
 ctus & affectus lib. de Casto connubio cap. 25. his
 verbis depinxit: *Thalamus quidem nuptialis est, in
 quo casta Verbi & anima connubia consummancur,
 & tanquam in sede propria suaviter residet Sapien-
 tia. In eum non audent adversari irrumperere propter
 Angelorum custodiam vigilem. A sponsi inhabitans,
 velut a facie gladii fugiunt affectu. Ibi jure celebratur
 convivium, & vitulus sapissime comeditur saginatus.
 Pax in illo gustatur interna, secreta tranquillitas,
 tranquilla felicitas, jucunditas magna, fides serena, a-
 mabilis societas, oscula unitatis, contemplationis dele-
 ctatio, suavitas in Spiritu sancto. Ibi calyx æna est &
 paradisi porta. Sponsa frequenter de thalamo ascendit
 in celum, de celo jugiter sponsus descendit in thala-
 mum; non parvitas, non de salute tueri progreditur
 sponsa in supernorum mansiones, sed tanquam in di-
 lectis domum & in propriam possessionem. Ut enim il-
 lam emeret, vendidit sua, & tradidit ingenio; ut illam
 lucraretur, pugnavit in tentationibus, pugnavit cum
 spiritibus nequam, quotidieque pugnat contra se; non
 temerarie, sed considerenter intrat in atria sponsi: nam
 est aliis advena illius sanctæ fuerit civitatis, nunc ve-
 ro civis effecta est Sanctorum & sponsa Verbi, cui ex
 amoris privilegio omnia qua sunt sponsi debentur. A-
 mor quippe virus nil privatum habet, nil proprium,
 sua quaque gratante imperitur, ea quoque lege, eade-
 demque charitate, qua largitur propria, utitur alienis.
 Ex amoris igitur mutis exuberantia tanta est inter
 Verbum & animam familiaritas, locutione fiducia,
 gloria certitudo, & conditio inconsideratio. Num-
 quam praesumeret anima, quæ amvis munda, quamvis
 sancta, accedere ad Verbum, loqui illi, importunusque
 precibus invincibile vincere, si non interveniret a-
 mor.
 Et infra: *Postquam fidelis anima connubij vinculo
 Verbo sociata est, omnis timori causa sublata est.
 Innovata sunt signa, prodigia immutata & antiqua
 restaurata miracula, dum Sapiencia ex altissimi ora
 prodicis, in montibus saliens, collesque transiens,
 humana illabitur menti, non recessura, sed videns
 perpetuo moratura. Merito igitur pro tanti laude
 connubij, observanda est dies & hora, quando Verbum
 ingreditur in mentis thalamum, ut unâ cum sponsa
 grata capiet secreta silentij. Clanculo quidem dis-
 fundendis sunt vernantes flores, convallium lilia, &
 rosarum odoramenta, ut thalamus omnis suaviter
 redeat. Tunc Prophetarum cunctis sancto serren-
 tium Spiritu advocandus est, unâ cum Patribus
 cunctis Testamenti veteris, universi quoque nove Le-
 gis Sancti, & præcipue Virginum sacrosacri nume-
 rus invitandus est, ut consona modulatione epithala-
 my hujus essent præconia. Ipsa etiam Angelorum &**

Spiritu-
lis con-
nubij
animæ
cum DEO
effectus
& affe-
ctus es S.
Laur.
Justinia-
no expo-
nunt.



Archangelorum ceterorumque spirituum beata agmina, nec non & cantatores omnes atque cantatrices caelestis Iherusalem & curia paradisi exhortandi sunt, ita ut ipsorum nullus remaneat, qui venerandi connubij non seruet excubias. Resonant ibi organa, & vox sambuca ac psalterij benefonantis, sonus exultationis, jubilationis & laudis per universam audiat orbem,

ascendat nubium altitudinem, transcendat aethera caelorum, & ad aures usque perveniat Domini exercituum, illique immensas referat gratiarum actiones pro tanti dignatione mysterij tamque exuberantissimi. Omnis quippe laus, omnis honor & gloria exigua est tanto respectu connubij. Haec ille.

QUARTA PARS.

De Unione fructiva reali & immediata animae cum Christo, praecipue in Venerabili Eucharistica Sacramento.

CAPVT XXVI.

An in hac vita detur Unio fructiva & immediata animae cum Christo Domino, & qualis illa sit?

De Unione animae immediate & fructiva cum summo & invisibili DEO, in superioribus non pauca disseruimus; nunc de Unione animae cum Christo Salvatore nostro reali & fructiva disseramus oportet. Possumus in duplici sensu difficultatem propositam investigare. Primus, An dignè suscipientes Sacramentum Eucharisticae, Christo immediate hac unione inhaereant: de hac re sequenti capite dicemus. Secundus, An extra Sacramentum possit in justis aliqua unio ita arcta aliquando contingere, ut realiter Christo ipsi uniantur.

Primo certum est, de lege ordinaria non dari similem cum Christo unionem: quia cum Christus (ut fides Catholica docet) sit in caelo, nisi iterum de caelo descendat, ut animae uniat, non videtur possibilis talis unio. An verò aliquando contigerit Christum Dominum de caelo descendisse, vel ut loqueretur alicui, vel cum eo dilectissimo amoris vinculo immediate uniretur, nihil expressè ex Scripturis aut Patribus constat. Probabile tamen existimo, Christum pro Pauli conversione de caelis ad terras descendisse, & forsantunc cum anima Pauli fuisse unitum. Docet D. Thomas 3. p. 2. q. 57. art. 6. ad 3. Christum Salvatorem nostrum tunc temporis pro conversione Pauli de caelo ad terram venisse; & colligi non obscure videtur ex Scriptura sacra. Ad. 9. dixit Ananias Paulo: Dominus IESUS misit me, qui apparuit tibi in via, & ibidem dicitur, Barnabam introduxisse Paulum ad Apostolos, & narraisse illis, quomodo vidisset in via Dominum. Deinde narratur mulier alia apparitiones apud Patres factae à Christo Domino viris sanctis.

Probabilius tamen existimo, Christum Dominum post ejus ascensionem numquam de caelis ad terram descendisse, neque umquam relicturum sedem caelestem usque ad iudicii diem. Haec est communis Patrum sententia, qui unanimi consensu sentire videntur, IESUM Christum Redemptorem nostrum, ex quo gloriosus caelos ascendit, corporali specie in terram non descendisse. Quae quidem veritas probatur, Primo, Quia sacra Scriptura & fides Catholica duplicem tantum Christi Salvatoris nostri adventum docent;

unum, quando homo factus est, ut nos à peccati jugo & daemonis tyrannide erueret; alterum futurum gloriosum, cum ad iudicandum descenderet. Quod verò nequaquam sit ante illum deinceps descensurus, evidenter patet ex verbis S. Petri ad. 3. dicens: IESUM Christum, quem oportet quidem caelum suscipere usque in tempora resurrectionis omnium. Super quae verba dicit S. Joannes Chrysostomus Hom. 9. Necessè est usque ad tempora resurrectionis omnium, Christum in caelo permanere. Multa faciliè adducere in huius veritatis confirmationem SS. Patrum testimonia, verumtamen illis consulèd omisiss, ne nimium prolixus sum in hoc brevi Tractatu, ad potiora quorundam Auctorum fundamenta, quibus suam in hac re opinionem stabilire conatur, descendam.

Et in primis apud Patres illud communi calculo receptum invenio, Redemptorem nostrum in terram non descendisse quando se sancto Paulo videndum praebuit, idemque sentiendum esse de variis apparitionibus, in quibus se alii Sanctis manifestasse dicitur. Et quamquam Auctores sunt divisi & multiformes in explicanda vocatione S. Pauli, & Redemptoris necesse apparitiones; omnes tamen uniformiter asserunt, Redemptorem nostrum non descendisse de caelis, neque S. Paulum in huiusmodi apparitione eum oculis corporeis in terra vidisse.

Primo, S. Joannes Chrysostomus Tom. 3. De perferendis reprehensionibus, & conversione sancti Pauli, dicit, S. Apostolum minimè oculis corporeis Christum vidisse, propter ista verba: Saul, Saul, quid me persequeris? Et paulò infra, representans S. Paulum ex equo in terram prostratum, ibique jacentem, dicit: Immobilem eris quidem nunc, & neque videre poteris persequentem. Et sunt Paulus non vidit eum quem persequabatur, ita & illi non videbant. Ex quibus verbis patet, S. Chrysostomum sentire, quòd S. Paulus non viderit Christum aliter, quàm illi qui eum comitabantur.

Eisdem quoque sententiae est S. Bernardus Serm. 1. de Conversione S. Pauli, dum ait: Audibus Paulus vocem Domini, sed faciem Domini non videbat, quoniam erudiebatur ad fidem, & ut ipse postea docuit, fides ex auditu. Glossa interlinearis una cum Nicolao Lyrano super 1. Corinth. 9. dicit, non posse colligi ex illo loco sacrae Scripturae, S. Paulum pro tunc DEUM vidisse. Hanc quoque tener sententiam S. Maximus Episcopus Taurinensis in Festo Sanctorum Petri & Pauli, per haec verba: Illi namque de caelo Dominus ait: Saul, Saul, quid me persequeris? Et infra: Numquid nocere

An Christus D. aliquando post suam ascensionem de caelis in terram descendit,

Oper. Spiritus
S. II
OTI

visi quidquam poteris, quem non potes intueri? Quae verba iteratis vicibus reperit in eadem Hom. & in 2. & 4. super idem Festum.

Hanc sententiam S. Joannis Chrysostomi supra à nobis exposuimus, expressis verbis aditulantur multi alii SS. Patres & Auctores gravissimi, qui tractantes de admirabili vocatione S. Pauli, solius vocis, quae de caelo erupit, mentionem faciunt: quorum unus est Theodorus Daphnopatus in encomio S. Pauli apud Metam, h. athen, dum sic ait: Quis modo quidam piscator super altam petram hamum mittit in mare, ita etiam noster Dominus sedens tanquam in alta petra colorum, tanquam hamum vocem illam emittens de super, & dicens, Saule, Saule, quid me persequeris? Nec minoris auctoritatis Nicephorus Callistus, qui lib. 2. Hist. Eccl. cap. 5. ait, vocem factam S. Paulo fuisse de caelo delapsam. Cui videtur alluisse S. Augustinus Serm. 14. de Sanctis, dum sic inquit: Voce prostratus de caelo. Et infra: Membris adhuc possessis in terra, capus clamabas de caelo, & Serm. 10. de Verbis Apostoli: De caelo vocavi, dejeci, & percussi.

Secunda sententia est S. Gregorii lib. 19. in Job. cap. 7. qui tenet, S. Paulum à terra vidisse JESUM Christum in caelo existentem, his verbis: Et super aperiatis oculos aperis, feseq; illi JESUS de sublimibus descendit. Et infra: O Paulus, iam JESUM in caelo conspicias. Idem quoque repetit S. Doctor lib. 31. cap. 10. & lib. 33. cap. 32. Huic quoque sententiae suffragatur S. Ambrosius super 1. Epist. ad Corinth. 15. sic inquit: Apparuit primo quidem in caelo. Hanc sequitur venerabilis Beda super eundem locum, dum dicit: Visus est mihi, sed hoc jam de caelo post tempus ascensionis suae. Sic etiam docet S. Adelmanus Episcopus Brixienfis in Epistola de Veritate Corporis & Sanguinis Dominici, quae habetur Tom. 3. Bibliothecae sanctorum Patrum. Necon S. Anselmus ibidem: Visus est mihi de caelo vocatus post ascensionem suam.

Sanctus autem Doctor Thomas 1. Cor. 9. verf. Notandum, multis probat hanc S. Pauli visionem fuisse imaginariam & spirituales, nequaquam verò corporalem; eamq; comparat cum ea quam habuit Patriarcha Jacob in aspectu caelesti. Eiusdem quoque sententiae videtur esse Augustinus Serm. 14. de Sanctis, ubi ait: Caeus sanè factus est, ut interiori luce fulgeret cor ejus. Et infra: Et in eo tempore quo caetera non videbat, JESUM videbat. Nam juxta mentem Augustini, si sanctus Paulus non vidit Christum oculis corporis, sed tantum animae, visio erat imaginaria.

Hanc sententiam possit confirmari ex visionibus, quibus se Christus videndam praeboit sanctis Prophetis & Patribus veteris Legis, qualis fuit visio illa Jacob, & Moysis, & aliorum; quemadmodum meminit sacra Scriptura, dum expressis verbis ait per illas vidisse DEUM, non visione immediata seu corporali, sed spirituali vel imaginaria, ut censet S. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 36. estque sententia communis multorum sanctorum Patrum. Et si sermo sit de visionibus factis in nova Legge, quid clarius, ac ad nostrum propositum evidentiis istis verbis prolatis à S. Stephano Protomartyre inter crepitantes lapidam iectus Act. 7. retulit: Video caelos apertos, & JESUM stantem à dextris virtutis DEI. Quam visionem S. Thomas ubi supra, necon S. Gregorius Nyssenus in Oratione de S. Stephano, & fufius Abulensis lib. 4. Reg. cap. 22. q. 10. & alii graves Auctores de imaginaria intelligendam esse unanimiter concludunt.

Thom. à Iesu Opr. Tom. II.

Accedit quòd (etiam si S. Paulus dicat se vidisse JESUM Christum Dominum nostrum) nullà fortior ratio militet pro parte visionis corporalis. Ex horum omnium Doctorum testimonio supra dictis luce meridiana claris elucescet, neminem asseruisse JESUM Christum in his apparitionibus seu visionibus de caelesti regione in terram descendisse; qui tamen omnes Doctores & Patres multa apud omnes pollent auctoritate, & praecipuum in Ecclesia DEI obinent locum. Econtrario verò non vidi aliquem sanctum Patrem, vel Auctorem alicujus estimationis, qui affirmativam tueretur, nisi forè Doctorem Angelicum in 3. p. sua Summa, qui tamen super 1. Epist. ad Corinth. cap. 9. negativam partem affirmativam praefert, & in favorem nostrae sententiae (ut supra notavimus) omnino inclinat.

CAPUT XXVII.

De unione reali immediata fructiva & ecclasiastica, qua purissimae mentes Christo Domino in Eucharistia Sacramento junguntur.

ALTERA in hac ipsa mentis nostrae cum Christo Domino unione restat explicanda, quae itio, quae tam prioris quam hujus aevi Theologos valde torquet, an scilicet praeter unionem, qua per affectum charitatis unum dicimur esse cum Christo in hoc Sacramento, sit constituenda alia specialis unio, quae sit realis, substantialis, aut naturalis, vel animae nostrae cum ipso Christo, vel saltem nostrae carnis cum ejus carne. Quae difficultas duopraecipue continet examinanda. Alterum spectans ad unionem animae realeam cum Christo; alterum verò ad unionem corporis suscipientis Sacramentum cum carne ipsius Christi.

In priori sensu illud in primis certum videtur, regulariter non dari, etiam in his, qui dignè accedunt ad hoc divinitimum Sacramentum, ullam unionem realeam, praeter eam, qua ipsi Christo animae eorum per charitatis affectum, virtute hujus Sacramenti peculiari unione conjunguntur. In hoc sensu locuti sunt aliqui Patres. In primis Cyprianus in Serm. de Cena Domini, Fidei nostra, inquit, infirmitas edocetur visibilibus Sacramentis inesse vita aeterna essellum, & non tam corporali quam spirituali transfiguratione Christo nos uniri. Et infra: Non quòd usque ad substantialiarem Christi, sed usque ad societatem germanissimam ejus hac unitas pervenisset. Et paulò post: Nostra & ipsius conjunctio nec mixta personae, nec unita substantialis, sed affectus consociat, & confederat voluntatem. S. Damascenus lib. 4. de Fide, cap. 14. loquens de hoc Sacramento, Ex voluntate quippe, ait, conjunctio haec existet, non autem contra animi nostri existentiam. Hæc Damascenus.

Deinde ratione ipsa consistere videtur: quia regulariter etiam dignè venerabile hoc Sacramentum suscipientes, non sentiunt animae suae cum Christo aliam unionem realeam, praeter eam quae fide per affectum amantis ad amatum stabilitur: quia nulla unio realis inter nostrum spiritum & ipsum Christum intelligi potest, nisi ea, quae fit per affectum charitatis & amoris.

Unde quamplurimi ex Theologis antiquis in ea fuerunt sententia, ut existimarent, esse impossibile unionis aliud genus inter nostram animam

G g 3 & Chie

Duplex hujus quæstionis sensus.

Legendi, directior, mystic. noit. Antonii Tractat. 4. disput. 1. sect. 1. & Tract. 3. part. 3. Theolog. noit. Philip. disc. 2. art. 1. & seq.

Duplex & Christum in venerabili Eucharistiae Sacramento existentem, præter illud quod ad affectus conjunctionem spectat. Quæ quidem sententia mihi semper visa est improbabilis: nam præter illam unionem, quæ in affectu consistit, alia quædam cum Christo mirabilis & divinissima unio contingere potest, & aliquando solet, de qua infra: & ideo dixi, *regulariter* non contingere dignè suscipientibus aliam unionem, præter eam quæ fit per charitatis affectum; quia hæc est communis omnibus dignè ad hoc Sacramentum accedentibus.

Utraque etiam per effectum, ac realem conjunctionem cum Christo, aliquando (rarissimè tamen) purissimis mentibus contingit. De qua antequam plenius disseramus, operæ pretium erit animadvertere discrimen inter unionem affectus charitatis cum Christo, & eam quæ est etiam affectus charitatis cum ipso DEO; quia hæc habet pro obiecto Divinitatem ipsam, cum qua, charitate media, anima tenacissimè conglutinatur: illa verò quæ per affectum est, cum ipso Christo in hoc Sacramento verè & realiter existente, intimè per amorem conjungitur. Altera unit spiritum nostrum cum DEO, secundùm illud: *Qui adhaeret DEO, unus spiritus fit cum eo.* Altera vero cum spiritu ipsius Christi, secundùm illud Joan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Hæc autem unio propriè consistit in affectu.

Conveniunt verò inter hæc Unionum genera in eo, quòd sicut unio cum DEO per amorem in iustis solo charitatis affectu ut plurimum perficitur (licet aliquando amoris incendium eò perveniat, ut ad Unionem realem immediatam & fructivam cum DEO feliciter divina præventus gratia pertingat, ut latius ex Scripturis & Patrum sententiis in superioribus docuimus) ita etiam unio, quæ in Eucharistiae Sacramento nos Christo conjungit, frequenter fit tantùm in affectu, licet aliquando in effectu & reali connexionione defæctæ mentes ipsi Christo immediatè & reali conjunctione feliciter copulentur.

Præterea, quemadmodum ea unio, quæ est tantùm per affectum charitatis cum DEO, etiam si DEUS sit intimè præsens per suam essentiam omnibus iustis, non dicitur realis, nec naturalis unio: quia DEI præsentia non percipitur neque gustatur, sed tantùm per fidem edocemur, DEUM esse ratione suæ immensitatis in omnibus rebus intimè præsentem, ac per gratiam inhabitare in cordibus iustorum; stat tamen post partem nostram ita abscondit, ut vix nisi per effectus gratiæ cognoscatur. Ita in venerabili Eucharistiae Sacramento, quamvis Christus realiter mediis speciebus sit intimè præsens corpori & animæ dignè eum suscipientium, non tamen potest hæc dici unio realis nostri spiritus cum ipso Christo, quia ejus præsentia non gustatur, neque experimentaliter percipitur ab omnibus, qui ad illum dignè accedunt; quare tantùm est unio & conjunctio per affectum.

Præter hanc verò unionem affectus, dari existimo aliam realem & ineffabilem cum ipso Christo in hoc divino Sacramento, quæ defæctis tantùm meritibus, ac Christum ipsum ardentissimè desiderantibus evenire solet. Hæc autem felicissima unio nihil aliud est, quàm ipsius Christi præsentiae in hoc Sacramento latentis intima manifestatio,

non tam per visionem aut revelationem, quàm per amplexus dulcissimos, quibus animam ita ineffabiliter ac suavissimè adstringit, ut ipsa ejus realem præsentiam, oscula & amplexus certissimè percipiat. Erit igitur (si propriè loquamur) vitalis sensus & gustus ipsius Christi in Sacramento contractum ejus præsentia realiter percipitur, ejus bonitas & ineffabilis dulcedo in suo fonte gustatur. Et hæc est vera unio & noveria experimentalis ipsius Christi non per affectum tantùm, sed per arcanam contractum, ac unionem immediatam & realem animæ nostræ cum Christo.

Quare sicut unionem fructivam & ecstasiam animæ cum DEO esse diximus ex parte DEI illapsam & manifestationem quamdam, quo DEUS animæ nostræ illabitur, se intimè conjungens cum intellectu in ratione summæ lucis, cum voluntate, in ratione summæ boni & summæ desiderabilis, qui illapsus appellatur deosculatio, sive amplexus DEI, aut ostensio faciei (sæpe sub ratione omnium bonitatis ex parte verò animæ esse perceptionem experimentalem omnium sensuum interiorum istius summæ objecti, nempe DEI, ad quam unionem experimentalem (ut fufius supra) sequitur transformatio sive liquefactio animæ, ad liquefactionem, ecstasiam sive defectio; ad defectioem verò, absorptio, &c.

Ita unio ista realis Christi in venerabili Sacramento, quæ purissimis & Seraphicis mentibus eum suscipientibus contingere aliquando solet, si ex parte Christi consideretur, nihil aliud est quàm illapsus sive manifestatio ipsius Christi existentis occultè in hoc Sacramento, ostendentis se mentibus purgatissimis sub ratione summæ lucis & summæ boni, ac contractum quoddam divinissimo ac ineffabili, non solum ad carnem, sed ad spiritum pertingentis; qui contractus nihil aliud est, quàm dulcissimus amplexus & deosculatio Christi, quo sponsæ sibi dilectæ osculum dulcissimum concupiscenti largitur. Ex parte verò animæ, est mutua ac reciproca unio, sive amplexus, ad quem consequitur experimentalis & dulcissima perceptio ipsius Christi, per quam spiritalis dulcedo in ipso DEO possidetur.

Hæc est illa felicissima unio realis & immediata, qua animæ ab omni labe purgata Christo Domino Servatori nostro in Eucharistiae Sacramento existenti, suavissimo & arcano vinculo conjunguntur. Præter unionem igitur charitatis & fidei, qua omnes Christum dignè suscipientes ipsi junguntur, adesse etiam aliquando, quamvis rarò, purissimis mentibus unionem aliam altioris, qua Eucharistiae Sacramento suscipientes ipsi Christo ita uniri & misceri, ut cum illo unione reali & vera unum efficiantur, non obscure tam ex Scriptura, quàm ex veteribus Patribus probari potest.

In primis Joannis 14. *In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* Quæ verba non solum de adventu Spiritus sancti sunt interpretanda, ut superius exposuimus; sed & de Christi Domini adventu per Eucharistiae sanctæ assumptionem intelligi propriissimè possunt, quasi dicat: In illa die, quando ego venero ad vos sub speciebus panis velatus, cognoscetis tria hæc; nempe, me esse in Patre meo, id est, me esse DEI Filium DEUM verum, ejusdem cum Patre substantiæ.

Rursum cognoscetis vos esse in me, id est, percipie-

Unio per effectum accuratius explicatur.

Confir-
mantur
per d. &
SS. Pa-
trium al-
tius.

pietis spiritum vestrum & carnem vestram meae carni ac Divinitati intime esse vestram.

Ac demum experiemini, quod ego etiam sum in vobis, id est, vobis omnino per interioram amplexum unitus, ita ut verè possit dici, quod vos, qui manducatis meam carnem, & bibitis meum sanguinem, in me maneat, & ego in vobis, quod commune est omnibus digne ad me accedentibus, sed & ulterius in illo die cognoscetis, quod ego, qui à Patre processi, maneo in vobis, & vos in me, quae quidem cognitio, quae purioribus animabus contingit, nihil aliud est quam cognitio experimentalis, & perceptio Christi realiter uniti cum ipsis: de qua unione, ut alicubi dixi, intelligenda sunt illa verba: *Rogo Pater, ut unum sint, sicut ego & tu unum sumus.*

Hæc quidem interpretatio manifestè colligitur ex sequentibus verbis, *Qui habet mandata mea, & servat ea, hic est, qui diligit me, & Pater meus diligit eum, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Non solum, inquit, Pater dirigit mandata mea observantes, sed & ego etiam, non ut DEUS tantum, sic enim una & eadem dilectione cum Patre diligo; sed ut homo etiam mea charitate, quam ut homo habeo, eos diligam, non tantum continentando amorem, sed novis tempore cumulando beneficiis, quibus multifariam & continuo meo affecto amicos, inter quae præcipuum illud est, quod & manifestabo eis meipsum. Quae quidem promissio cum non solum de Discipulis, sed etiam de omnibus perfectè Christum diligentibus intelligatur, non video de alia manifestatione locum hunc interpretari posse, quam de ea, qua Christus ineffabiliter in hoc Sacramento aliquando sanctissimis unitur per divinum illapsum se manifestat, ac percipiendam per unitivum amplexum se præbet.

Ex Patribus S. Hilarius lib. 8. de Trinit. hanc unionem animæ cum Christo naturalem appellat, quia realiter caro & sanguis Christi cum suscipiente unitur & conjungitur, ita ut cum ipso in susceptione illius Sacramenti non solum consenta charitateque, sed re etiam vera unum simus cum ipso.

S. Cyrillus lib. 10 in Joan. cap. 13. multa in hujus sententiæ confirmationem adducit, cujus tantum aliquot verba recitabo, omisiss multis aliis ad rem hanc pertinentibus. *Qui manducat, inquit, meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Unde considerandum est, non habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum & participatione naturali: nam quem admodum si quis igne liquefactam ceram alij cera similiter liquefacta ita miscuerit, ut unum quid ex utriusque factum videatur, sic communicatione Corporis & Sanguinis Christi ipse in nobis est, & nos in ipso. Vide qualem unionem ob permanentiam nostram in Christo & Christi in nobis exponat.

S. Joannes Chryostomus Homil. 45. in Joan. Ut autem non solum per dilectionem, sed etiam re ipsa in illam carnem convertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est: cum enim suum in nos avorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in unum nobiscum redegit, hoc enim amantium maximum est.

Simile est quod S. Ambrosius Sermon. 90. de sancta Agneta refert dixisse eam, cum jam motitura Christi Corpus accepisset. Nunc, inquit, Corpus Domini mei corpori meo associatum est, & Sanguis illius ornavit genas meas.

S. Gregorius Nyssenus Homil. 8. in Ecclesiastem: *Propter id nobis seipsum comedendum proponit ut qui semper est, ut cum ipsum in nobis ipsis accepimus, illud sciamus quod ille est.*

Hæc & similia alia apud antiquos Patres passim repetita invenies, quibus unionem realem & naturalem, non solum quæ per affectam charitatis fit, sed & eam, quæ reali & consummata unionem non solum affectu, sed effecta perficitur, manifestè docent. Quorum quidem sententia licet difficilis & falsa videatur, si ad omnes dignè Christum in Eucharistia fumentes referatur (constat enim non omnes percipere hanc realem cum Christo unionem sive manifestationem.) Verissima verò apparet, si tantum ad eos, qui defæcatis mentibus angelicâ puritate præstantes Christum in venerabili hoc Sacramento absconditum recipiunt, quibus Christus ipse manifestatur; eisque ineffabili modo unitus ab ipsis suavissimè percipitur & degustatur, ut sequenti capite latius exponemus.

CAPUT XXVIII.

Plurimis Patrum testimoniis hæc divina anima cum Christo in venerabili Eucharistia Sacramento unio confirmatur.

Non desunt etiam quamplurima aliorum sanctorum Patrum testimonia, qui plenius ac clarius hanc realem animæ cum Christo unionem explicaverunt.

De hac unione expressè loquitur S. Thomas Opuscul. 60. Grad. 7. & 8. amoris divini, dum ita inquit: *Cum senseris tactu, qui cognoscit de proximo, & in conjunctione maxima, labia illa JESU, labia illa distillantia myrrham primam, vel non myrrham, sed mellis stillam primam, polluta olim anima tua bibia non abominari, sed mirabiliter ipsis imprimi, ineffabiliter osculari quasi oblata innoxio, Exploratos estis, oblata comminationis, Per salutem Pharao non exibitis. Deinde & quasi oblata jussionis, non judicem, vel magnum pratendere metuendum, sed sponsum amantem tenerimè & teneriter reamandum.* Post quæ, inquit, *ausi sunt loqui ad eum, sic audet illa, qua loquitur: Osculetur me osculo oris sui.* Hæc D. Thomas: Quibus verbis alludit ad Historiam Joseph Gen. 55. Quando post minas & terrores fratribus se manifestans, eos suavissimè est amplexatus.

Et infra idem D. Thomas: In præcedentibus ergo gradibus anima amat & amatur, quarit & quaritur, vocat & vocatur: in hoc autem gradu, quodam miro & inaccessibili modo rapit & rapitur, tenet & tenetur, stringit & stringitur, & una uni per amoris copulam sociatur.

Dionys. Amor est copula amantis cum amato. Et post pauca: *Nec talis copula hæc, sed omnem artem & facultatem transcendens, copulat animam DEO, creaturam Creatori, finitum infinito, semper congruè semper verè, semper bonè.* Hoc igitur est adstringere.

S. Macarius Homil. 4. præclare de hæc reali & arcana cum Christo in Sacramento unione differat, dicens: *Permiscetur & apprehendit sanctus animas sibi pergratas atque fideles, sicque spiritus unus cum illis, ut Paulus eloquitur, atque, ut ita dicam, anima evadit in animam, & substantia in substantiam, quod possit anima in novitate vivere, vitamque immortalem*

Confite-
mur
per dicta
SS. Pa-
trum af-
feris.

relationem, quibus animam in-
ngit, ut ipsa eju
implexat certitudi-
è loquatur) vitali
in Sacramento co-
divinissimum con-
percipitur, eju bo-
suo fonte gustare
experimentalit
ran-um, sed per
em immediatam &
Christo.
viam & eucharistiam
ex parte DEI illa
indam, quo DEUS
de conjugentia con-
suetudine voluntate
mi delectabilis, qui
o, sive amplexu
e sub ratione comit
perceptionem ve-
rum intermoros
Et, ad quem unio-
nis super) sequitur
animæ, ad hunc
s ad defectuam
venerabili Sacra-
mentis moribus
aliquando solet, si
ibi aliud est quàm
Christi unitatis
tendens se mem-
summe luci &
tam divinissimo re-
n, sed ad spiritum
il aliud est, quàm
laro Christi, quo
dulcissimum con-
rò animæ, est mo-
exus, ad quam
dulcissima perc-
it ualis delecto in
realis & imme-
purgatæ Christo
charistia Sacra-
arcano vinculo
igitur charitatis
ignè suscipientes
ando, quamvis
nem aliam alio-
tum suscipientes
e cum illo unio-
ne, non obliu-
eribus Patribus
e vos cognoscit,
nus, & ego in
ventu Spiritus
is exposuimus,
per Eucharis-
i propriissimè
ndo ego vene-
us, cognoscetis
meo, id est, me
ejuudem cum
ne, id est, perci-
pie.

Thom. Aquinas
Opera Spiritus
S. II
1011
26

talem sentire, & participare eterna gloria. Ita nempe anima, qua DEO digna est, & illi per placet.

Educatia: Quo pacto ars infigitur & inerrabilis multiformis sapientia DEI creavit ex his, qua non erant, tam illa qua crassiora sunt, quam subtiliora & simpliciora corpora subsistere fecit voluntate sua. Quando magis ipse, qui est ut libet benignitate inducibili & bonitate incomprehensa dicitur, se transmutat & demittit, atque similem animarum sanctarum & fidelium seipsum reddit, assumpto (quoad fieri potest) corpore, ut perspiciatur ab illis, qui alioquin invisibiles esse & palpetur, qui secundum naturam subtilitatis sua palpari non potest, & ita gustens suavitatem ipsius, & dulcedine lucis arcana oblectationis experientia ipsa fruatur.

Et post pauca: Perfecilia sunt ei omnia, qui se in quavis transmutat in gratiam fidelium & eo dignarum animarum, modo quis det operam, ut amicus & pergratus illi fiat: qui quidem experientia ipsa & sensu percipit celestia bona, & delicias inenarrabiles, divitiasque divinitatis vere immensas: qua quidem omnia oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt: sicut Spiritus Domini in requietem, exultationem, delicias & vitam aeternam animarum dignatur: seipsum enim format Dominus in esiam, sicut scriptum est in Evangelio: Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum; ut inenarrabili modo tranquillet & implet animam letitia spirituali: ait enim, Ego sum panis vivus. Itidem transformatur se in potum celestium portionis sicut dicit: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiat in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Et omnes, ait, eundem potum spiritalem bibent.

Et iterum: igitur unicuique sanctorum visus est DEUS, quem admodum ei libuit, nempe ad salutem & requietem, & ut illos ad cognitionem DEI perduceret. Nam omnia qua vult, sunt ei perfecilia; & quando illi videtur, seipsum demittendo incorporat & transformatur, conspicuum se exhibens diligentibus illum in gloria luminis inaccessis, pro multa & inenarrabili dilectione apprensus his, qui digni sunt, secundum ipsius virtutem. Hactenus magnus ille Monachorum Pater MACARIUS, qui praecedenti sententia praeclearè loquitur de unione cum Christo, in quantum Christus in Sacramento est celestis animarum cibus.

Divus quoque Bonaventura l. in. 6. aetern. dist. 6. uberius docet qua ratione Christus experimentaliter perceptionem in hoc Sacramento a veris amatoribus per univium amplexum attingatur & tenetur. *Quarid, inquit, est DEUS panis sacramentalis. Cum sit summa attingentia, quia ipsa se dat in cibum, & manet in cibato, & cibus in eo, ut dicitur Jo. an. 6. & hoc in maxima charitate, ubi sit verissima attingentia anima & DEI spiritualis. Sed notandum quod Hugo in lib. de Arca Noe. dicit sic: Ad Deum attingere, est semper per desiderium eum querere, & per cognitionem invenire, & per gustum tangere. Ex quo patet: quod attingentia ista habet quosdam gradus, per quos DEUS acceditur, & invenitur, & attingitur; non accessu locali, nec tactu corporali, sed similitudine spirituali acceditur ad DEUM, & dissimilitudine a DEO receditur, ut dicit Augustinus lib. 6. de Trinit.*

Primus igitur gradus est, quo DEUS attingitur, cum per desiderium quaritur: quomodo enim attingitur DEUS, ut desideratur, secundum aliquid, ut praesens non habeatur; tamen necesse est ut etiam secundum aliquid praesens habeatur, alias non desideraretur. Dicit enim Gregorius in Homil. Profecio qui DEUM

desiderat, jam habet quem amat; & tamen habet amplius quaritur, quia sine fine est querendus, qui sine fine est diligendus. ut ait Augustinus, exponens illud Psalmis: *Quarite faciem ejus semper.*

Secundus gradus quo DEUS attingitur est, cum per cognitionem invenitur. Cognitionem enim est actus vitalis: actus autem vitales attingunt sua objecta, ut dicitur in supra, alias dilectus non dixisset dilecti: *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, intelligentia tua penetrante, ait Vercell.* Sed attingentia manet imperfecta, nisi illud quod praesens est cognitum, fiat praesens voluntati amantis. Quia Augustinus dicit, quod quidam DEUM cognoscunt, qui tamen DEUM propter hoc non habent; quia si eam, ut DEUM cognoverunt, non tamen ut DEUM glorificaverunt, ait Apostolus.

Tertius gradus quo DEUS attingitur, est, cum DEUS per amorem tenetur & amplexatur, & spiritualiter manducatur. Hi autem actus & gradus, sunt principaliter ipsius affectus & voluntati. Unde Augustinus dicit, quod voluntas habet unum proprium actum, qui est actus tenendi sive amplexandi, & quasi possidendi; quos actus non potest habere intellectus: nam possessio non est intellectus cognoscens, sed voluntatis habitio: sicut sicut non est Modus cognoscens, sed sicut eam habent. Unde actum gustandi non habet intellectus, sed voluntas; quia gustus est in charitate sicut dicit Richardus. Sed charitas vel dilectio est actus voluntatis. Nam sicut dicit Richardus: Sicut DEUS per memoriam auditur, & per intelligentiam videtur, ita per affectum amplexatur & attingitur. Hanc tactum spirituales experientia, qua dicit: *Lava ejus sub capite meo. Lava nomine intelliguntur splendoris intellectus speculativi, qui ad gustum viatorum pertinent. Dextra nomine, quae patriam signat, intelligitur superintellectus alio modo ad DEUM, quae speculum nescit, & quasi ad praeium inclinat, tamquam arbor & pignus, nec asseritur; quare dicit sponsa: *Tenui eum, nec dimittam illum postquam excessivos amplexus & ineffabiles. Hae Vercell.**

Et inferius propinquit adit: Unde & Richardus lib. 1. de Trinit. cap. 3. dicit: *Non debet nobis sufficere illa aeternorum noticia, quae est per fidem solum, nisi apprehendamus illam, quae est per intelligentiam, si modum sufficiens ad illam quae est per experientiam. Hae ille.*

Idem quoque Autor dist. 7. hanc suavissimam Christi in hoc Sacramento praegustationem explicat, dicens: *Septimo videndum est, qualiter spiritus noster ad veniendum per iter experientialis praegustationis aeternorum ad intrinsecum Domini Jesu invitatur ab ipso dicente: Surge, prope amica mea, columba mea, & veni, & huius invitationis subiungit alleluum, dicens: Quia sicut protulit gressus suos id est, quia jam est desiderati viatici optata suavitatis. Tunc namque est invenandi securitas, quando invenit suavitatem refectus, & inveniunt virtus augmenatur, donec cum Propheta ad moniam DEI Horib. veniatur. Dicit igitur, O anima mea, propter experientialem mei manducationem. *Noane comedisti sanguinem meum cum corpore, id est, dulcedinem divinitatis cum corpore & sanguine mea humanitatis. Hoc enim proprium est amicum meum, ut comedam & bibam, & inebrietur charissimi, ut Corpus meum comedant, & Sanguinem meum bibant, & experientia intima mea divinitate inebrietur. Hoc enim proprium est electorum, dicit Haymo super Apocal. Surge ad meam experientialem cohabitationem, ut visum ego, & tu vis, quia ex hac manducatione mei, tu manes in me, & ego maneo in te, tamquam mihi jam incorporata.**

Unde cum exiit mihi Sac. E. char. hae est. dicit.

E.

Et paucis interiectis, iterum inquit: O formosa mea, propter experientia tua radiosam multiplicationem experiri enim me, te visitante post parietem stantem, per cancellas prospectivum, in montibus salientem. Item experiri me te alloquentem, te odore meo semper attingentem, te respicientem & amplectentem, &c. ut patet in Cantico amoris per totum.

Joannes Gerlon expressius alius hanc unionem figuravit & experimentalem animae cum Christo docuit Tom. 3. tract. 9. super Magnificat, part. 3. Contemplabatur, inquit, MARIA existentiam mirabilem Filij in hoc Sacramento, quem visibiliter tractaverat cum blanditiis & osculis suavissimis in gremio corde matris. Credebat hoc idem sibi licere nunc, quamvis alio modo, sed non minor merito. Osculatur, tangit, & quod sibi tunc non licuerat, corporaliter manducat & bibit, & accipit vitam: nam qui manducat me, inquit, & ipse vivet propter me. Grandem rem sibi, o anima Christiana, grandem nimis estimasses, si Virgo benedicta possideret olim filium suum in gremio tuo, si concessisset amplectum & osculum: sed habes hunc rem suo miraculo & merito granditatem. Et nunc, o anima, canta Cantica caritiorum, quae suspirantibus petebas. Quis dat tibi te fratrem meum, sugentem ubi matris meae, ut inveniam te solum foris, & deosculer te, & jam nemo me despicit? Ecce foris, & verè foris à nemine visibilis, dat te solum tibi, dat ut osculeris eum, fac quod sequitur, apprehende eum, & intraduc in domum conscientiae tuae, quae est domus sapientiae matris tuae, illic docebit te, da & tibi potum ex vino conditi divotio tuae, da tibi mistum malogranatorum tuorum servida dilectionis.

Et iterum infra: Contemplabatur MARIA existentiam filij sui vivacis per intelligentiam, quam per solam fidem, & nullo modo imaginationem admittit, immò nisi rationem. Participat insuper praesentiam ejus per amoris sentimentum & complexum. Hac ille, ecce qua ratione beatissimam Virginem in sompno hujus Sacramenti Christo intumè fuisse unitam, ac ejus praesentiam per amoris sentimentum ac complexum percipisse, rectè docet, quod fieri nequit sine unione & reali conjunctione cum ipso Christo.

Item Auditori eodem Tract. 9. part. 4. effectus ineffabilis hujus Sacramenti enumerat, quos ad duodenarium numerum reducit, & his tribus carminibus apulimè comprehendit:

Dnodecim eximium Sacramentum Eucharistiae effectus.

Restaurat, satiat, delicta at, roborat, auget, Obdormire facit, caro servit, mens dominatur, Vitam genitivam dat, transformat, inarrhat, & unit.

Exponens igitur praedictus Auditor mirabiles hos Eucharistiae effectus, ac ad hanc animam cum Christo in hoc Sacramento unionem perveniens, ita scribit: Hic finis, hoc complementum omnium qua dicta sunt aut dici possunt super cibus istius laudibus, fructibus, & effectu. Totus ob hoc mundus creatus est, exterior & interior. Ad quid, inquit? Cerè ad unitatem, ut omnia sint in unum consummata; hoc est illud verbum, de quo Christus: Perri unum est necessarium, & divinum Dionysius: Omnia unum participant. Deum & ipsa Theologiae suam mysticam in unione supra mentem constituit. Unionem hanc praeposuit sponsa pro sine dilectionis sub osculi nomine, Osculatur me osculo oris sui.

Et infra: Postremò, quia transiturus erat ad Patrem, etiam corporaliter videntibus Discipulis, quibuscum eras humillima creaturarum (loquitur de B. Virgine) reliquit hoc pignus dilectionis, hanc arrham

Eucharistia, qua nos consummat in unum. Nam quid dici potest unitus, quàm, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. De inesse & mansione super admirabilis prorsus ista sententia: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, nec minus admiranda simul & amplectenda, quae sequitur: Sicut me misit vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Denique subditur: Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum. Et quoniam alio tempore & loco Christus ait: In domo Patris mei mansiones multae sunt. Et iterum de diligenter se: Et Pater meus, inquit, diligit eum, & ad eum venimus, & mansionem apud eum faciemus, subditus aliqua de hujusmodi eversione, per quam noster Emmanuel, (quod interpretatur: unum est Nobiscum DEUS) manet in manducante, & manducans in eo.

Explicatis deinde aliquibus mansionum generibus, ita scribit: Dicitur (exempli gratia) in se DEI in homine, & homini in DEO, ut hic: Dicitur vivificationis, & habitatio vitae aeternae, sicut in radice, ut hic: Vivet in aeternum, quia suam gratiam habet. Dicitur autem Apostolus, quod à gratia DEI est vita aeterna. Dicitur & osculum oris sponsi, quod patitur sponsa. Dicitur lac, & vinum, & argentea, & oleum, & effusum, & tractus, & pulsus ad sponsum. Dicitur introductio in cellaria, conjunctio dilecti inter ubera sponsae tamquam fasciculus myrrhae. Dicitur suus deor, sua quis in lectulo florido. Hoc est donum perfectum desursum descendens, non ascendens de deorsum. Haec est sapientia divinitus inspirata cum suis laudibus universis. Hoc divinum silentium, hoc sibilus aura tenuis, hoc susurrum verbi absconditum. Hoc vox quasi aura lenis, immò & tonitruum magnum, & ut ad unum colligam innumerum, quidquid sonat mansionem, vel habitationem, vel inhabitationem, vel unitatem unius corporis & unius spiritus anima cum DEO, sponsae cum sponsi, unitae cum uniti, o, sub gratiae gratificante nominis & radice principio firma, & sine unico vocabulo datur intelligi, quod est, manere in Christo per mutuum gratiae complementum.

Addit praeterea infra dicens: Mansionum hujus convenientiam gratiam profectus felix, qui possiderit habitualiter si licet qui actualiter eam habuit, sed felicissimus, qui velata facie transformatus fuerit in eandem imaginem de claritate in claritatem, tamquam à Domini Spiritu actus, ductus, & tractus, ita quod sentiat per illum, quos cordis oculos (sicut imprecatur Apostolus) supereminenter scientia charitatem Christi, hoc est gratiam hanc conjugentem & charam unitatem ad simplicem Deitatem. Multi quidem sunt qui habent in habitu, sicut pueri noviter baptizati: multi qui in actu possident, & exirent, dum merentur: sed paucissimi sunt, sentire distinctè & aperte nexum istam, mansionem istam, & vocem istam, propter occasiones curarum in memoria, phantasiarum in intelligentia, & concupiscentiarum (quamvis minimè criminalium) in volitiva, vel affectiva.

Sentiant hanc gratiam inhabitationis Christi & Spiritus sancti, qui cum Apostolo mente excedunt DEO. Praeterea sentiunt operationem intra se verbi DEI, de quo dicit idem Apostolus, quod vivus est sermo DEI, quia loqui possit cum quolibet, & efficax & penetrabilior omni gladio accipit, quem gladium venit Christus mittere in terram, ut pertranscat usque ad divisionem animae & spiritus, & feratur spiritus sursum, & anima maneat deorsum: quod fieri nequit, nisi maxima pax fuerit & silentium, tam sursum quam deorsum, nisi praeterea fuerit diviso compagum, &

Multi vaneque nominibus haec animae cum Christo unio designatus.

ma

medullarum, & cogitationum, & affectionum naturalium sive completentium. Eiat etiam de sercico cogitationum & intentionum simplicium naturaliter acquiratarum, vel acquifibilium, & remaneat in sentimento & experientia folus felix ifte & gratuitus Deiformis illapfus & influxus Spiritus JESU Chrifti, plus fupereminens in fpiritu & mente fuper animam, quam diftat cælum à terra. Dicimus operationem vitalem non ita penitus effe eandem in fpiritu, vel cum fpiritu anima. Sentiant hanc gratiam aëtuaalem & experimentalem non quidem omnes, qui digne manducant Corpus Chrifti, & in quibus manet Chriftus, & ipfi in Chrifto ficut modò dicebamus. Hactenus Getton, quibus præclarè unionem ineffabilem animæ cum Chrifto, non omnibus digne fufcipiuntibus, fed Seraphicis mentibus conceffam expofuit.

Nec minùs præclarè Dionyfius Carthufianus Serm. 4. de Vifto Corporis Chrifti de hac unionè divina & ineffabili difleruit. Si ergo, inquit, ita follicitus fueris femper omnem culpam vitare, omnem obicem removere, etque mundum receptaculum exhiberi; fenties & experieris certiffimè præclaros & gloriosos hujus Sacramenti effectus. Inirabit ad te, & introibit in animam tuam, intellectum atque affectum, in viscera fpiritus tui Chriftus, virtus & fapientia DEI Patris cum effufione & communicatione opulentiæ fuæ, & ostendet oculis tua mentis divitiæ gloria fuæ, quemadmodum anime S. Agnetis, qua dixit: Ostendit mihi thefauros incomparabiles, quos se mihi daturum, si ei per fervero, reponfit. Veniet & ad te Sol fapientia cum emicacione largifua illustrationis fapientia, cum lumine fulgore illuminabit oculos cordis, ut confideras atque intelligas mirabilia legû fuarum, & habes fidem cum rationibus credendorum, ac depurata intelligentia mentis. Sic illuminatus ac fpecialiter introduëtus in fanctuarium DEI, in lucum incircumfcripta abyffum, circumdatus lumine in suberis connexionem & ordinem, confonantiam, rationes, fundamenta ac firmamenta fidei tuæ, apparbit que tibi; & vero fic est, quod nihil fit rationabilius, nihil certius, nihil profundius afferionibus fidei Chriftiana, dum omnia comportantur.

O quam repente ab adventu & corufatione vifitationis & illustrationis præacta recedens ac fugient ab interioribus tuis nebula paflionum, caligines inordinatarum affectionum, inquietudines folitudinum, tentationes circa mirabilia fidei, obfcuritates errorum, & omnia erunt ferena, tranquilla, & jucunda in te! Sic igitur ingrediens Chriftus in te, cæuabit tecum etiam ante prandium, & feipsum proponet tibi in ferculum, dicens: Comede amice, & bibe, & inebriare chariffime: comede panem vite & intellectus. Degufta & vide quam dulcem fim ego. Nullus corruptibilis cibus ita delectat & confortat, impinguat, extendit carnem mortalem, quemadmodum contemplatio, deguftatio, & interna ifta refectio Sapieniæ, qua est Chriftus, facit fideliffimam animam immortalẽ.

Porrò, ex ifta tam lucida intuitiõne Sapieniæ æternæ, proximus vehementer accendetur amore ipfius tui affectus, & tunc verè Deificè ac fupernaturaliter in Chriftum mutaberis, fecundum quod amor, præsertim fupernaturalis, in fufus prædominans, transformat amantem in amatum. Cum g, amatum hoc increatum fit verè amabilis penitus in finitum, ac fimul immensa efficitur ad trahendum ac recipiendum in fe, ad alterandum in flammandum g, apicem affectivæ, trahit fepiffimè mentem amanti tam validè, tam prædominanter & gratiosè in fe, in divitiis gloria fuæ, in Occa-

num deliciarum beatitudinis fuæ, quod aper mente profus absorbetur atque demergitur in iftam Divinam abyffum, præ cuius admiratione, intuitiõne, dilectiõne, deguftatione, complacencia deficit profus à fe, tanque vehementer mens tota Deitati intenta est, quod omnes vires fenfitiva inferiores à fuis actibus fufpendantur, harmonia velut congelatione quadam confringitur, corpus fopitur, membra rigeant, motiva vi deficiunt, jacetque caro velut truncus immobilis, nec rivus homo tunc vite animalis humana, fed intellectus hinc Deiformi dimittaxat.

De his multa leguntur in libro de quibusdam fanctis perfoniis, imò & nonnullis innocentiibus prælectis puellis, quæ ad hujusmodi perfectionibus profus mirabiles ac divinas perductæ funt, non folùm interdum aut raro, aut duratione permodica; fed valde frequenter, & per spatia longa, & quadam fepies aut circiter omni die, in omni quaque fagra Communionis & celebrationis, præfertim fub elevatione. Quid fi quis ifta non credat, in promptu eft etiam hinc eubus hoc demonftrare ad oculum. Facit ac digni hinc inde devotiffima puella ac femina in fculo, & in Cænobio, & forfitan aliqui viri, in quibus ifta & fimilia aguntur & confiftunt, quibus DEVS omnipotens & æternus incerta & occulta fapientia fuæ demonftrat.

Idem Serm. 4. de Vifitatione B. MARIE, explicans illa verba, Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Quandò magis, inquit, nos pauperuli & pusilli, Chrifto ad nos in Sacramento quodam venienti dicere ex profundiffima humilitate debemus: Unde hoc mihi, ut veniat Dominus meus, DEI Patris unicus Filius, ad me?

Eunã: Propterea hofpitem iftum dignitatis ac majestatis immenfa apud nos, & in nobis inoffentur fervare infatigabiliter laboremus, faciendo rogner que cum delectant, ut funt opera charitatis, pietatis, pax, concordia, humiliatio magna, contemplatio divinorum, omniumque actus virtutum. Quid fi ita egerimus, femperque grati ac diligentes fuerimus, libenter valde manebit nobiscum, & gratiarum fuarum charismata auget in nobis, atque perficiet, qui per Salomouem teftari dignatus est: Delicia mea, effe cum filiis hominum. Et per Joann. in Apocal. Ego fto ad ofium & palfo.

Præterea, fit ita egerimus, abundanter ac celeriter valde crefcemus in omni virtute, præfertim in charitate & dono fapientia; ita quod DEVS in corde noftro quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros noftros quiefcet. In intellectu noftro quasi in Cherubim refplendet, in affectu noftro fupriori quasi in Seraphim incalfeit, in memoria quasi in throno refidebit cælefti. Tunc fuaviffimè confolabitur corda noftra, & gratiofiffimè mentem noftam præterniet, exceffibus quoque inopinatis, repentiis, validiffimè rapiet eam aliquando in fe, ita ut nec ifta queat refiftere, fed defluens atque deficiens à feipfa ita tranfeat, transformetur, absorbeat in Dilectum, & lucis immenfa intueatur abyffum, & igne æterni fupramabiliffimi DEI totaliter incendatur, ita ut non fapiat nifi DEVS, & cum fponfa decantet: Lava ejus fub capite meo, & dexteræ illius amplexata eft me. Tunc anima tam piffimè de fuper vifitata videbit & affluet, & mirabitur majestatem DEI in fe, dignationemque ejus ad fe, & dilatabitur cor ejus amplitudine charitatis in tantum, ut omnes etiam inimicos in fe comprehendat, univerforum salutem cordialiffimè appetendo, atque pro cunctis toto affectu rogando.

Denique quandò tunc DEVS gratiofiffimè agit nobiscum,

Mirifici ac multiplices fructus dignæ Communionis.

Oper. Spiritus
T. II
O. II

eligata
libis cū
Deo
no est
diode
cimus
digne
commu
nionis
fructus.
Alii un
decim
percl
niffimi
Sac. Cō
munion
fructus
legend.
apud
emend.
Thaulet
ndum
cap. 38.

1. Cor.

quam quanta plenitudo cor nostrum illustrat, & sic
Divinitatis altitudinem insinuat, et eius ei ostendit,
quod simplicitas propriam consuevit pariter, vltima
rem, descriptam, & culpam. Unde & tam prof-
fundius seipsum humiliat, gratissima ac humilissima lo-
quens: Unde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me,
& taliter agat mecum? Tunc certe in mente omnia
sunt serena.

**Inlepara-
bilis cu
Deo unio
est daode-
cimus digna
commu-
nionis
fructus.**

Thaulerus alius forsan plenius & clarius hanc
beatam Chelili in Sacramento cum anima con-
iunctionem explicavit Institut. cap. 39. Duodeci-
mus, inquit idemque postremus Eucharistia fructus est,
unio inseparabilis cum DEO. In hac admirabili unione
omnis divina perfectionis anima particeps est, tamque
perfecte omni illius perfectionis, qua DEUS ipse est,
suprema virtute replitur, ut nullius omnino rei capia-
tur desiderio: hinc nimirum in illa felicissima unio-
ne quicquid vult, DEUM videlicet ipsum, & omnia,
supremamque perfectionem suam supra modum &
tempus in illa aeternitate, qua DEUS ipse est. Hac unio
anima cum DEO, felix quadam degustatio est omnis
illius beatitudinis, qua ipse percipit supra modum &
semper in illa aeternitate, qua DEUS ipse est. Hac unio
anima cum DEO, felix quadam degustatio est omnis
illius beatitudinis, qua ipse percipit supra modum &
semper in illa aeternitate, qua DEUS ipse est.

**Alii undecim
preclari-
ssimi
Sac. Com-
munionis
fructus
legend.
apud
eand.
Thauler.
eodem
cap. &
cap. 38.**

Idem Sermon. 2. de Venerabili Eucharistia Sacra-
mento: Transsumimus nunc ad ea quae D. Bernar-
dus verba confidendo, quibus ait: Digeror, domi-
nans transformor in unum, dum conformor. Sed quan-
do tandem, ait aliquis sepe memorata finitur affli-
ctio? quae eius terminus? et quid tandem hominem a se-
ipso resistenter perducet? Ad haec ad idissimum quem-
dam suum, nimirum ad felicissimam unionem DEI,
qua in DEUM transformatur, DEOque unitur &
conformatur. Quod nobis Paulus Apostolus, sicut ipse
hoc veraciter in ter. y. celsi schola, in divina claritatis
speculo didicerat & fuerat contemplatus, liquido sa-
teu probat, cum ait: Nos vero omnes revelata facie
gloriam DEI speculantes, in eandem imaginem
transformamur a claritate in claritatem, tam-
quam a Domini spiritu. Qui quomodo spiritum ho-
minis in se trahat, rapiat, transformet (quem admo-
dum D. Augustinus Dominus ait: Tu mutaberis in
me) ut inquam ista mutatio fiat, illi feliciter expe-
riuntur, qui viam memoratam rite ambulaverunt. Con-
tingunt autem ei praedicta omnia non in multiplici-
tate, sed in pura quadam simplicitate, de quo paucis ali-
quid dici non potest.

Est invenire quosdam in praedictis exercitiis pos-
tos, quibus hoc pura transformatio velut in superna-
turali quadam conversatione repente contingat, non-
numquam semel aut bis in hebdomada, interdum se-
mel, bis, ter, aut saepius in die, quoties videlicet divi-
na id ei praestat misericordia, & ipsi ad intimum ani-
mae suae fundum sese recipiunt. Contingit autem quan-
doque cum discretione quadam, quandoque sine omni
discretionem in quadam caligine.

Idem etiam Sermon. 3. us supra, de dispositione

ad hanc mirabilem unionem agens, ita scribit: Quid
Enimvero hanc ineffabilem & incomprehensibilem sac. Co-
munionem, ac divinitas veraciter sentire & assiqui cupiens, fructus
tibi in primis necessarium est, ut abstrahere vivam, sopradic-
tum Magdalena otio sancto vacent, solitarii degant, etos per-
& interioribus suis commorentur; hoc est, necessa-
ria illi est abstractio, otium sanctum, solitudo, & in-
terioris hominis sedula inhabitatio.

Et infra: Vbi vero ab externis exercitiis praestatur cessario
otium, tunc totum se cum omni sui parte, cum viribus sic pra-
& sensibus omnibus in se recipiat, recolligat, uniat, & standum
in anima sua fundum immergatur absorbatur que.
Sanè quanta hic anima conferatur dignitas, cum ea
profus ineffabilis sit, nec verbis explicare, nec intel-
lectu capere valeamus. Si enim tanta est claritas & pa-
ritas hominis in ea naturali dignitate & qualitate,
qualis erat Ada protoplasta ante praecepti transgressio-
nem, in sola dico natura illa absque gratia consti-
tuiti, ut nullius hominis intellectus satis eam quae
comprehendere; quo tandem modo fieri possit, ut ali-
quis intellectus hanc superfluentem capiat abyssum,
ubi cibus hic vitalis cum homine miro quodam modo
unitor, adeoque eundem totum in se trahat, & in se
transformat, ut nulla possit unio consensior, nec
transformatio verior perfectiorque cogitari: cum lon-
ge verius anima hic unitor DEO, in ipsumque perse-
ctus transformetur, quem guttula una aqua ingenti
dolo in fusa mutetur in vinum, aut Solcum splendore
suo in eodem vitro unitor, aut anima denique suo co-
puletur corpori, quae unum hominem unamque substan-
tiam constituunt.

In hac autem unione spiritus DEO unitor supra
omnem infirmitatem, naturalitatem (ut ita dicam)
& dissimilitudinem suam, supra quoque omnes vi-
res suas, & supra ipsum rapitur, ibique persifica-
tur & illustratur, omniaque opera & totam vitam,
cuncta exercitia & instituta illius DEUS pertransit
atque permanat, cunctaque hac in divinum quem-
dam modum transferuntur, divinaque redduntur.

Hic iam VERBUM increatum in anima reipso nasci-
tur, & (ut dixi) spiritus omnem perdit dissimilitudi-
nem, atque in divinam profertur unitatem. Sicut enim
ignis in lignum agens, humorem, viriditatem, crassi-
tatem illum absorbit, ipsumque calidum, ferventem, flos-
que similitudinem reddit, & quod lignum ignis sit confirmat,
ed amplius omnis ab eo perit dissimilitudo; deinde brevi
intervallo temporis ignis omnem ligni materiam
adeo absorbit, ut iam lignum quoque ignis sit, tenuis-
que intereat eam similitudo quam dissimilitudo: u-
num quippe cum igne lignum effectum est, nec iam illi
simile dicitur, sed & ipsum quoque ignis appellatur: u-
nitas namque multipliciter nescit: sic inquam &
spirituali hic cibus spiritum hominis DEO unitor extra
omnem dissimilitudinem ad veram similitudinem, &
extra hanc ad divinam pertrahit unitatem; ubi iam
spiritus illuminatus ac purificatus, dissimilitudinem
& similitudinem perdit; quippe in quo fervet Divini-
tatis ignis amoris omnem absorpsit humorem, crassi-
tatem, dissimilitudinem, idemque hic per cibi huius ope-
rationem in Divinitate se amittit: sicut & ea Domini
verba testantur, quibus ad Augustinum ait: Cibus
sum grandium, crece, & manducabis me; nec tu
me in te mutabis, sicut cibum carnis tuae, sed tu
mutaberis in me.

Idem etiam Auctor cibi corporalis similitu-
dine exponit huius divinae unionis incompre-
hensibilitatem, dicens: Verum, antequam huc
perveniat, (loquitur de ecclastica ista unione)
natura innumerat prius morse subire habet, di-
ver-

Anima
cum Deo
conjun-
ctio
quantum

Aperta
similitudo
ne decia-
tatur

Quibus *visaque, incognita, deserta, & mirabiles viae calcanda* sunt, per quas Dominus hominem trahit, sibi que mori-
tibus docet. Sed quis dicere sefficit, quam praeclarissimam,
fructuosissimam, deluciosissimam vitam ex ipsis nascatur
ta nascatur. *Planè sibi ipsi mori posse, ineffabiliter prorsus*
atque purissimum quoddam bonum est.

Certe quotidiana experientia edocet sciri (dilectis-
simi) quòd cibus corporis, panis & vinum, & quo-
cumque alio vescimur, prius in seipso penitus corrumpi
ac deficere habet, antequam in natura nostra substan-
tiam transeat, eidemque uniat. Multipliciter nam-
que prius, ut ita dixerim, mori, funditusque in seipso
corrumpi & perire ipsum necesse est, antequam perse-
ctè delabatur ad stomachum: hic verò denud à se deficere
habet, priusquam ad hepatis, ad caput, ad cor, & ad
sensus perveniat, atque huic ipsi uniat, ac demum spi-
rituali fiat. Hic verò tam sibi ipsi dissimilis effectus est
cibus, ut nulla oculorum acies, nec sensus ullus discernere
possit, certoque pronuntiare, cibum fuisse. Imò tam
subtilis modo est, ut nulla possit ratio consequi vel in-
telligi, ubi, quomodo nunc operetur, ubi consistat:
credi tamen potest, sed sensibus haudquaquam apprehen-
dendi. Sic ergò multò minus sciri vel intelligi potest, ut
spiritus hominis in divinam transeat, semper tamen
creatura manens, unitatem; cum ad hoc ipse se per-
dat, ut nulli exploratum sit intellectui, an unquam
creatura fuerit.

Verùm, non desunt, prohi dolor! homines stupidi ac
solidi, qui ista carnaliter accipientes, dicant se in divi-
nam naturam transformandos; quod quidem non so-
lùm falsissimum, verùm etiam haeticum est. Si qui-
dem excellentissimam, intimam, conjunctissimamque
creatura cum DEO unionem in immensum divina ex-
cedit natura & essentia, quippe qua prorsus infinita
quadam abyssus est, quam certè nulla unquam crea-
tura comprehendere valebit. Enimverò cum nulla sit
tantia, perspicax & subtilis creatura, qua ad mira-
biles sibi corporei meatus & vias, aut natura humana
dignitatem, aut quo pacto anima in capite, manibus,
pedibusque vitam operetur, ad plenum capere sufficiat;
qua ratione fieri possit, ut aliqui abditissimam hanc
abyssum penetret, sciatque quid praeclarissimas hic cir-
bus in spiritu puro ac illuminato operetur.

CAPVT XXIX.

*Plenior divina Unionis anima cum Christo
in Eucharistia Sacramento contin-
gentis explanatio.*

SED ut plenius hanc Unionem animæ cum
Christo ad mentem Scripturæ factæ, Patrum
ac Scholasticæ Theologiæ methodum explicem-
us, illud primo loco præmittendum duximus,
quod & à nobis superius, dum de Unionem fructiva
loqueremur, petratatum est; nempe, amorem
(ut auctor est, D. Thomas 1. 2. q. 28. art. 1. in cor-
pore, & ad 2.) suapte natura contendere ad unio-
nem non tamùm per affectum, verùm etiam rea-
lem amantium inter se, eo modo quo fieri potest;
quo sensu D. Thomas adducit & explicat illa
verba Augustini lib. 8. de Trinitate. cap. 10. ut amor
sui junctura quædam duo aliqua copulans, vel co-
pulat et appetens, amantem scilicet, & quod ama-
tor. Quod enim dicit copulans (ait D. Thomas)
refertur ad unionem affectus, sine qua non est a-
mor: quod verò dicit copulans intendens, pertinet
ad unionem realem.

Idem quoque sanctissimus Doctor in solutione

Quid sit
Amor,
& quæ
ejus pro-
prietat.

ad 2. hac ratione explicat dictum Aristophanis ad
pud Aristotelem 2. Politicorum. cap. 2. qui dicebat ta-
lem esse amorem ex se, ut vir uterque illius, si fieri pos-
set, ex ambobus amantibus fieret unus: quia verò
hoc impossibile est, amor inquit, quærit ipsa unio-
nem quæ convenit & decet, quæ quidem rea-
lis conjunctio, est amoris præcipuus effectus &
consummatio.

Superiori igitur capite ex mente Patrum late
probavimus, præter illam unionem, quæ per affec-
tum charitatis dicitur, quæ omnibus dignè fa-
cipientibus Christo communis est, unionem rea-
lem, quæ consummata est & vetus amo-
ris effectus, aliquando etiam inveniri: hanc verò
nihil aliud esse diximus, quam ipsius Christi illa-
plum, quo per unicum amplexum animabus
heroicis virtutibus præditis se manifestat, ac per-
cipiendum reali contactu eidem seipsum exhibet.
Oportet igitur nunc latius explicare, quibus & quid
mentibus, & quando hæc divina contingat unio,
& quid tandem illa sit.

Sed ut certa ab incertis discernamus, illud in
primis stabilite oportet, hanc unionem realem
consummatam & perfectam, quæ ad ipsius Chri-
sti illapsam, sive divinam ejus amplexum & ma-
nifestationem consequitur, non in omnibus dignè
Christi susceptibus inveniri: cuius rei ea
potest assignari ratio, quia ad istam unionem rea-
lem & consummatam animæ cum Christo, non
sufficit amor quantumvis perfectus, nec alia dis-
positio in suscipiente Eucharistiam: nam amoris
vis, etiam si possit aliquando amantes loco con-
jungere, eosque sibi præsentem efficere, ut sua præ-
sentia reali mutuo fruantur, non tamen eò pertin-
gere potest, ut realem & consummatam unionem
ita efficiat, ut una caro vel unum quid reale se in-
vicem amantes dici possint: requiritur enim ulter-
rius corporum inter se temperatio, ut unum
corpus, aut una caro ratione talis conjunctionis
esse dicantur. Hæc igitur ratio est, quare se-
omnes dignè suscipientes Christum cum ipso in vene-
rabili Eucharistia Sacramento per affectum
tamùm uniantur, tam simè verò reali & naturali
unionem: nam quamvis hi mutua Christi præsentia
gaudeant, tam corporali quam spiritali & divi-
na, qua tamen illa præsentia Christi corporalis est
omnino abscondita, ac fide potius credita, quam
experientia tactus, aut alterius sensus percepta, &
præter eà Corpus Christi non est ita tempera-
tum & unitum corpori (si regulariter loquamur)
eum etiam dignè suscipientium, ut ab illis amplexu-
retur, tangatur, aut sensu aliquo percipiatur; verò
non potest ibi alia unio, quam ea quæ per affectum
charitatis dicitur, imaginari; sicut de facto cum
DEO per gratiam nobis inhabitante ac inimè
præsentem, aliam unionem, regulariter loquendo,
justi non habent, quam eam, quæ per affectum
amoris & charitatis invenitur. Dixi, regulariter lo-
quendo; quia aliquando non sine specialissima gra-
tia justis ad realem, immediatam, & fructivam
cum ipso DEO unionem evchuntur, ut plenius in
superioribus scripsimus.

Ista verò unio per affectum charitatis, quam Propriam
omnibus justis debet ad Eucharistiam accedere effectum
tibus communem esse diximus, est proprius effectus Sacra-
mentis istius Sacramenti, de qua etiam proprie in-
telliguntur illa verba Christi Joan. 6. Qui manduca-
cat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me
manet, & ego in eo. Quæ quidem verba expendenda
sunt; non enim dicitur manet in carne mea, &
ego in eo.

caro in ea manet in ipso, sed ego in ipso, & ipse in me. denotans eam unionem, per quam dicitur amatum esse in amante, & amantem in amato.

Secundò, illud etiam videtur certum præter istam unionem per affectum charitatis, aliquando etiam divina misericordia Christum defecatis mentibus unionem realem per clarum sibi manifestacionem & perceptionem indulgere: quæ quidem nullius creaturæ meritis sive dispositioni respondet, cum sit gratia gratis liberalissima DEI manu paucissimis concessa.

De hac unione Patres superiori capite allati appetere loquuntur, probarique ea conjecturali ratione potest; quia aliquando summus Christi amor eò peringere solet, ut suam divinissimam in hoc Sacramento præsentiam animæ eam suæ ac suspicanti amplius occultari non valeat, ac seipsum post fidei parietem absconditum aperitè manifestet, dulcissimoque amoris amplexu languentem sponfam complectatur, divinaque virtute operante, ejus corpus ita artemperetur & uniatu spiritui, sive corpori eum suscipientis, ut ab eo tangatur, ac sensu ipso tam interno quàm externo percipiatur.

Unde fit, ut non tantum unio per affectum charitatis, sed & illa quæ est per effectum realem conjunctionis, perfecte inveniatur: sicut enim conjuges ratione conjunctionis carnalis ex ardentis & mutuo amore profectæ, una caro merito incunantur, testante Scriptura Gen. 2. *Erunt duo in carne una* & Math. 19. & Mat. 10. *Itaque jam non sunt duo, sed una caro.* Ita in hoc Sacramento, quod inter conjuges efficit corporalis conjunctio tamquam ipsius amoris effectus & consummatio, efficit iste Christi illapsus & manifestatio per ardentissimum amoris amplexum, quo ipse Christus immediatè charissimam sibi sponfam amplectitur, ab eaque recipit oco amoris vinculo & nexu tenacissimè reali & consummata unione adstringitur.

Discrimen inter sensationem tactus & ceterorum sensuum, quia ad illius sensationem non sufficit, sicut ad alios, sensus intentionalis, sed necessariò requiritur aliqua transmutatio naturalis & realis. Quare non potest tactus objectum suum percipere, nisi in movetur realiter ab illo: unde non potest objectum tangibile producere speciem sui in tactu, nisi immediatè ei sit unitum, & reali contactu eum contingat. Christus igitur cum in hoc Sacramento aliquando per istum contactum vitalem defecatis mentibus præbeat se per divinum amplexum & illapsum percipiendum, necessariò fit ut Christus sit unitus animæ, & anima Christo. Ad hunc verò contactum & unionem Christi sequitur vitalis perceptio præsentia Christi non solum in anima, sed & aliquando etiam in carne eum dignè suscipientis.

Præterea, quemadmodum ad tactum & perceptionem objecti tangibilis, sequitur realis ac naturalis immutatio organi: ita ad tactum, qui fit per unionem & amplexum Christi cum anima, & animæ cum Christo, sequitur immutatio non Christi, sed animæ, quæ hoc ineffabili contactu in Christum transformatur, non aliter ac ferrum ad ignis contactum altera um in ipsum ignem transformatur. *Nec tu* (inquit Augustino de hoc Sacramento loquens) *mutabis me in te, sed tu mutaberis in me.* Quam transformationem merito Divus Thomas præsentis capitulatus copulam animæ cum Christo appellat illis verbis: *In hoc autem gradu & Thom. à Jesu Oper. Tom. II.*

in indicibili modo rapit & rapitur, tenet & tenetur, stringit & stringitur, & una uni per amoris copulam sociatur.

Dionysius: *Amor est copula amanti cum amato.* A mot & c. Hæc autem copula & conjunctio non solum copula est moralis, sed & verè dicitur realis, quia realiter est amata Christus animæ conjungitur, eique oscula spiritualia imprimi, & mutuo etiam ab ipsa anima osculatur, percipitur, astringitur, & tenetur, appellaturque merito hæc conjunctio matrimonium. Matrimonium spirituale inter animam & Christum, inter quos contrahitur per charitatis affectum & per ejus amplexum, consummatur & perficitur. Christum

istud verò matrimonium spirituale est suprema & animæ cum Christo, est maxima omnium, quæ in hac vita cum eodem Christo contingere potest; nec faciliè ad eam omnes dignè etiam suscipientes Christum admittuntur, sed tantum illi, qui ab ipso diversis tribulationibus & tentationibus & quoprius fuerunt exercitati, ac veluti aurum in fornace probati, ac digni inventi, ut divinus amorem ac præsentiam suam in hoc Sacramento Christus prænimio amore dissimulare ac occultare non possit: imò, quemadmodum magnus ille Patriarcha Joseph aliquamdiu alienum sese & implacabilem fratribus suis ostendens, illorem inspecta angustia gravique dolore, nequaquam se vitrà continere potuit, vicit demum natura, vicit sanguinis conjunctio, venæ charitatis commotæ sunt, lacrymæ proruperunt, tandem inquit, *Ego sum Joseph frater vester, adhuc pater meus vivit* ac in singulorum colla tuens, blandè amplexatus, & fraterno eos affectu est exosculatus. Itaque clementissima illa majestas DEI, quæ vix sponse ejus præsentiam ardentissimè desideranti, ad majorem ejus probationem, alienum sese ac subaversum illi prius exhibeat, ex ingenita tamen bonitate sua diuini differre non potest, quin clamantem suscipientemque sponfam, ejus dulcissimam præsentiam & unionem propitius exaudiat, ad sese trahat, sibi que in charitate consummata, hoc est, spirituali matrimonio jungat. Sic igitur post multa tandem suspiria, accepto in hoc Sacramento sponsi osculo, introducit amans anima in cellam vinariam, ubi pretiosa vinâ propinquantur, quibus animæ, quæ eò ingrediuntur suavissimè inebriantur.

Dices: Quæ igitur ratione Christus in hoc Sacramento reali conjunctione his animabus conjungitur? An, inquam, prius sua carne nostram tangente, & sua virtute ad spiritum usque nostrum pertingente, seu potius immediatè animæ ipsi illabatur, ac ejus præsentiam realem exhibeat, eique ardentissimè uniatu.

Respondeo, hanc unionem in primis esse ineffabilem, ac proinde vix posse ejus modum exactè explicari: gustari potest, quod explicari nequit. Ceterum, quamvis perfectè nequeat istius unionis divinissimus nexus elucidari, breviter tamen, ac sub peritorum correptione, illud imprimis sentimus, in hac unione Corpus Christi tangi, palpari & sentiri supernaturaliter posse: iam à nostra carne, & de facto id contingere, ut sequenti capite differemus. Quomodo verò glorificatum corpus tangi queat, cum ad eò subtile sit, ut neque attrahi neque teneri possit, hoc divinæ omnipotentia attribuentum arbitror, Legimus in Evangelio *Joan. cap. 20. Thomas* Christum dixisse: *Infer digitum tuum huc, & vide*

vid nost. Philip. 3. part. Theologiae log. myst. Tract. 3. disc. 20.

Quomodo hæc unio gustari queat, explicari nequeat.

manus meas, &c. Ubi D. Augustinus ac quāplures alii Patres, per illud verbum *vide*, intelligunt *tange*, & verē Thomam Christi corpus tetigisse, ex Augustino & aliis Patribus infert Maldonatus in Commentariis ejusdem loci. Non igitur quia gloriosum, idēd à nostra carne sentiri, aut percipi, si ve tangi divina virtute nequit. Caro igitur Christi eorum carni, qui ardentissima inflammata charitate eam suscipiunt, reali conjunctione unitur, & tunc Divinitas, imō totus Christus animz illabitur, ac intimē realique conjunctione inhaeret. Hæc consummata & perfecta cum Christo unio tam in carne quā in spiritu, in hac vita inchoatur, perficitur & consummatur in gloria. Hæc unio immediata nostræ carnis cum Christi etiam vivificante carne, magis consona Patrum loquendi modo videtur.

Possumus etiam in hac unione illud satis probabiliter judicare, ut ipse Christus sine alio physico aut reali nostræ carnis contactu, usq; ad interiora spiritus nostri clausis corporis januis ingrediatur, ubiq; spiritui dignissime eum recipientium manifestetur, eique arctissime conjungatur, ita ut spiritus noster per interiorē amplexum vitali sensatione, intellectu scilicet & voluntate, ipsum Christum sibi unitum sentiat, tangat, percipiat, degustet, eiq; intimē adhaereat, atque unus cum Christi Spiritu factus vivat. quod apertē sonare videntur illa verba Joannis 14. *Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* Quæ quidem manifestatio, ut superiori capite diximus, nihil aliud est, quā illapsus Christi in animas sanctissimas per amplexum & deosculatorem suavissimam; quem amplexum cum degustaret sponsa, *Leva ejus, inquit, sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Decla-
rantur o-
peratio-
nes intel-
lectus ac
volunta-
tis tem-
pore di-
vini illa-
psus.

In hac verō experimentalis ipsius Christi tempore hujus illapsus perceptione, quæ sint vitales tam intellectus quā voluntatis operationes, explicemus oportet. In primis intellectus tunc sentit ac vitaliter percipit Christi præsentiam, ut autem nulla ratione possit dubitare Christum esse spiritui proprio unitum, licet eum intuitivē ac clarē non conspiciat, sicut sponsa nocturno tempore sponsi amplexum, quem videre nequit, sentire potest, & de ejus præsentia reddi certa, ut in superioribus plenius explicuimus.

Aliquando verō ipse Christus, clementissimus animarum sponsus, tunc temporis permittit non solum ab intellectu sub fidei nocte percipi, sed & clarē ac intuitivē videri nō multum dissimili visione (quantum ad hoc) ab ea, qua nunc à beatis spiritibus videtur in cælo, quamvis non ea plenitudine gloriæ, claritatis, essentia divini visione. In venerabili igitur Eucharistia Sacramento, prædicti illapsus si ve unionis tempore, visio intellectualis oculi divina virtute elevati in ipsum Christum terminatur, non tantum ut ibi præsentem, sed ut omnino dignē suscipientem unitum, ac intimē per amplexum illum divinissimum conjunctum: qua quidem visione intellectus sit omnino certus de præsentia Christi, tam sub speciebus Sacramentalibus, quā sibi arctissime cōjuncti. Quare sanē certitudo pro brevissimo illo tempore fidem evacuat, quantum ad illum articulum de præsentia Christi in Sacramento. Quod verō possit intellectus creatus, divina virtute elevatus, videre Christum ibi Sacramentaliter existentem gloriosum & beatum, imō etiam sine modo Sacramentali, comunior est Theologorum sententia.

Si verō de voluntate loquamur, certum est, ip-

sam tempore istius illapsus immediatē Christum ipsum sibi præsentem dulcissimē amplecti, ac ejus suavissimam præsentiam & osculum degustare, ac deliciosissimē frui, quare voluntas tunc perfectissimē DEO unitur, ipsunq; perfectissimē amat, sentit, & gustat; & sicut beatitudo cælestis consistit in manifestatione seu manifesta visione ipsius DEI, ac unione intellectus & voluntatis cum ipsosia ista unio si ve perceptio vitalis Christi, quæ beatitudinis vera inchoatio dici potest, nihil aliud est, quā perceptio seu sensus vitalis Christi in Sacramento existentis, qua non minus intellectus quā voluntas ipsum Christum immediatē attingunt. Sunt enim istæ deæ potentia, quasi duobus brachiis, quibus anima Christum complectitur, eique unitur.

In hac igitur præclarissima unione, anima etiam in hac vita præ amore extra se rapta soporatur, ibi que dormit somno placidissimo, ac per mentis excessum extra se rapta, omnino ejus sensus tam interiores quā exteriores absorbenitur. Hujusmodi soporem ecclasticum, desiderabat sponsa in Canticis, clamans apud Bernardum, *Indica mihi, d tu quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ubi cubem tecum.* Hujusmodi sopore tenebatur amans illius præ cunctis à sponsa dilecti Discipuli amma, cum in ejus pectore reverà lacte & melle manante recumbens, incomprehensibilem illam sapientiam excessit, quam postmodum ad totius mundi refeculationem abundē effudit. Hujusmodi somnum dormivi primus ille omnium nostrum parens Adam in paradiso, in statu adhuc primæ innocentia, summaque illa perfectionis dignitate constitutus. Hujusmodi sopore soporatus fuit Apostolus Paulus, qui raptus in tertium cælum audivit arcana verba, qua non licet homini loqui. In ralem ecclasticum fuit raptus egregius ille Prophetia, qui cum DEO quadraginta diebus ore ad os loquebatur, non sanē per umbram aut in enigmate, sed apertē, sicut solet amicus ad amicum loqui.

Et insidat: *Nec mirandum est, cur soporem tunc non nocturnum, non matutinum, sed meridie tantum sponsa nuncupet.* Haud inquam præter rationem: nam in meridie Sol omnium ferventissime, splendissime, altissime in sua sphaera resurgit; sic in dulcissimum hujus excessus soporem sponsa pervenire nequit, nisi firventissima præiis charitate DEI & proximis sacrosata, nisi splendissime Soli justitia radiis illustrata, nisi in altissimo virtutum omnium solo consistens. Istud profectò epulum omnium est deliciosissimum, summaque omnium felicitas, qua in hoc mundo sponsa contingere potest. Gustus enim quidam est celestium voluptatum, fructioque amplexus sponsi. Istud est, quod præ omnibus potissimum desiderat sponsa. Virum, proh dolor! adeo rarè, adeo tenuiter ac momentaneè hac illi suavitate frui licet, ut eam, priusquam se percipisse sentiat, amittat. Hactenus Bernardus. Non enim durat hæc felicissima sponsi præsentia, nisi quantum species Sacramentales non consumuntur, imō nec per hoc sæpè tempus; rara enim est (ut inquit Bernardus) hora, & brevis mora.

Inferamus igitur primò ex dictis, præfatam unionem carnis Christi cum nostro spiritu non consistere in eo præcitè, quod Christus ex intimo affectu per modum cibi intra nos operatur, ut aliqui existimant; est enim ista unio moralis tantum, quæ nulla ratione dici potest realis & naturalis unio, cum adhuc Christus ipse per modum cibi intra nos operans nullo sensu percipiatur aut tangatur, sed fide tantum credatur & cogno-

Nolla
hac da-
tur in
hac vita
unio ac
man-
ifestatio
verior a
perfe-
ctior.

Ad e-
nem
unio
licet
nec i-
tent
tarif
tam
ad h-
tunt

gnoscatur ut presens. Hæc autem unio, de qua lo-
cuti sumus, verè realis, substantialis & naturalis,
quia non fide tantum & affectu, sed reipsâ putif-
simæ animæ ipsius Christi consummatam ex ejus
divino amplexu sentiunt unionem.

Dixi, eam unionem rectè vocari *naturalem*,
non quòd una in naturam alterius convertatur,
sed quia Christus secundum veritatem naturæ &
carnis suæ, nobis unione reali per physicum con-
tactum eo modo, quo fieri potest (nempe per vital-
talem perceptionem) conjungitur. Christus enim
animæ nostræ & sponsus & vitalis cibus, in hoc
Sacramento, miro quodam modo unitur, ita ut
totum hominem ad se trahat & transformet, ut
nulla possit unio conjunctior, ac transformatio
verior perfectiorque cogitari in hac vita. Sicut
enim ignis omnem ligni materiam ad eò absumit,
ut jam lignum non tam lignum quàm ignis esse
videatur, anamque cum igne efficiatur, omnique
deperdita ligni similitudine in ignem ita trans-
formetur, ut ignis etiam nomine merè appelletur;
ita anima hoc arcano Christi contactu tota à
seipsa deficiens, Christo ipsi unitur, ac in eum in-
effabili modo transformatur, ita ut pro illo bre-
vissimo tempore divinis Christi splendoribus to-
ta illustrata, ac ejus amplexu penè us ignita, in ip-
sum Christum transivisse videatur, cum Aposto-
lo verè dicens: *Vivo ego, jam non ego, vivis vero in
me Christus.*

Simili fermè comparatione unionem hanc
explicat S. Cyrillus lib. 5. in Joan. cap. 14. *Quem-
admodum si quis scintillam ignis in feno aut palea oc-
cultaverit, totum inde ignitum necessè fiet; sic Ver-
bum DEI tanquam scintilla in naturam nostram im-
missum totam inde inflammavit, atque ad vitam, in-
teritum penitus destructo, reduxit.* Et forsan in hoc
etiam sensu loquitur ipse Cyrillus, aliique Pa-
tres, cum similes hujus unionis comparationes
adducunt, quales sunt illæ de cera liquata alte-
ri ceræ liquaræ infusa, quæ per minimas partes il-
lius ceræ miscetur & permeat, & de fermento to-
ti massæ permixto, & aliæ similes, quæ aperte huic
mirabili & arcane cum Christo unioni quadrare
videantur.

Ad divi-
nam hæc
unionem
licet om-
nes invi-
tentur,
rarissimi
tamen
admit-
tuntur.

Secundò infertur, Christum, quantum in se est,
paratissimum esse omnibus eum dignè suscipien-
tibus, si ea mentis puritate, eum super omnia sin-
cerissime diligendo, ferventissime desiderando,
affectuosissime constringendo ad ipsum acce-
dant, sui ipsius manifestationem liberalissime
concedere; ad hoc enim Christus, benignissimus
animarum sponsus, nostræ humanitatis factus est
particeps, ut nos suæ Divinitatis ineffabili modo
efficeret participes. Et si ad hanc deliciosissimam
Christi participationem omnes invitentur, rari-
ssimi verò admittuntur, hi que Angelicis spiriti-
bus valde similes, qui pleno ore Christum man-
ducantes, ardentissima charitate inflammati, in
ipsum Christum transformantur. Bibant amici,
inebriantur verò charissimi de hoc dulcissima &
sanctissima voluptatis fonte, qui emittit tam
quam torrentem fortissimum à se omnem san-
ctam voluptatem, quam felicissimæ animæ in ip-
so fonte degustare solent.

Felix anima, quæ cibum istum omnium deli-
catissimum comedit; felicitior, quæ audire meruit,
*Nec tu mutabis me in te, sed tu mutaberis in me, tu u-
tabitur inquam in Christum incommutabilem,*
jam ultra nullam commutationem recipiens, post
hanc enim felicissimam mutationem, vultus ejus
Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

amplius non sunt in diversa mutari. O DEUS
meus, vita mea, & dilectio mea sancta! quando
ignominia nostra in tuam gloriam, nostra pau-
peritas in tuas divitias, fragilitas nostra in tuam
potentiam, labor noster in tuam requiem, nostra
suis in tuam sarietatem, intemperies nostra in
tuam temperantiam, ac demum mortalitas no-
stra in tuam vitam immortalem commutabitur?
erimusque de tua bonitate boni, de tua prudentia
prudenter, de tua humilitate humiles, de tua pace
pacifici, de tua Divinitate divini, ac demum de te
erimus tu, quia tecum secundum petitionem
tuam in unum consummati erimus in te, & te-
cum, sicut in Patre tuo tu es unum; ita ut hanc u-
nitatem acquiramus per gratiam, quam tu habes
per naturam.

Illud demum pro hujus capituli coronide ani-
madvertendam occurrit, hanc fructivam unio-
nem animæ cum Christo ferè namquam sine ec-
clasi contingere; aliquando tamen ex raptu sive
sensuum alienatione in sumptione Eucharistie, et-
iam puris mentibus contingente, non licet con-
jicere animam eo tempore ad istam ineffabilem
unionem fuisse divinitus elevatam: quia quam-
vis mentalis iste excessus ex ardentissimo Chri-
sti amore frequentius promaneat; hæc tamen non
videtur sufficiens conjectura interioris unionis
animæ cum Christo (soler enim, idque non ra-
rò, etiam Incipientibus sui excessus, tam in sa-
ceptione Eucharistie, quàm alibi contingere)
nisi per istum amoris ardorem mens ipsam Chri-
stum sibi ipsi unitum & intimè conjunctum in
hoc divino Sacramento clarè manifesteque per-
cipiat: est enim de ratione hujus felicissimæ unio-
nis, ut ad eam experimentalis ipsius Christi, ejus-
que osculi & amplexus vitalis perceptio sequatur,
perceptionem verò tantæ dulcedinis transfor-
matio, transformationem ecclasi, ecclasi de-
fectio omnium animæ vitium, defectioem ve-
rò absorptio consequitur. Felix anima, quæ Re-
gi æterno Christo per similes nuptias est copula-
ta. O eximiam & beatam Christi & animæ con-
junctionem! quæ talis tantaque est, ut Christus sit
illi omnia in omnibus, qui id eò factus est homo,
ut media hac Sacramentali ac Divina unione ho-
mo fieret DEUS.

CAPVT XXX.

De Unione Corporis Christi cum carne
dignè eum suscipientis.

VIRTUTE Eucharistie inter carnem nostram
& carnem Christi, etiam corruptis specie-
bus, peculiarem unionem esse constituendam,
quæ aptissimi ac insignes nostræ ætatis Theologi
docuerunt; videnturque favere eorum senten-
tiæ plures Ecclesiæ Patres, nempe Hilarius lib. 8.
de Trinit. ubi argumento sumpto ab unitate,
quæ est inter carnem nostram & carnem Christi,
virtute & participatione hujus Sacramenti, quæ
non est solum affectu, sed re ipsa, probat unitatem
inter Patrem & Filium secundum divinam na-
turam. In eadem sententiam inclinare viden-
tur D. Chrylasmus *Homilia 46. in Joan. S.*
Cyrillus Alexandrinus *libro 4. in Joan. & lib. 10.*
cap. 3. referunturque aliorum Patrum testimonia
latissime apud Maldonatum in *Compendio*
cap. 6. in Joan. in illa verba, In me manet, & ego in eo.

Hh 2

Vab

Videtur in 3. parte q. 79. art. 2. disput. 204. cap. 2. in fine. cap. 2. refert varias pro hac unione Patrum sententias.

Ceterum, ut meam faciat in hac parte ignorantiam, quamvis a ten. è horum Auctorum perlegerim fundamenta & rationes, quibus nituntur, ut constituant hanc unionem inter iustorum & Christi carnem, non potui earum vim assequi, nec enim potest intelligi, regulariter loquendo, aliqua unio inter Corpus Christi & nostrum, cum realiter corpus nostrum ipsius Christi Corpus non tangat, neque nest un à Corpore Christi realiter & immediatè attingatur. Nec enim (ut antecedenti capite dictum) mutua amantium præsentia sufficit, ut matrimonium carnale constet: sed amplius requiritur, ut duo sint in carne una copulati; multò minùs, ubi amantium præsentia nulla ratione sentitur: nec enim Christus in Sacramento existens videtur neque corporeo aut intellectuuali, sed tantùm fidei oculo, neque aliquo alio sensu regulariter percipitur. Idè non potest dici unio naturalis aut realis inter corpus dignè suscipientis Christum, & ipsius Christi Corpus, ut latius probat Suarez tertio Tomo in 3. partem q. 79. disput. 64. sect. 3.

Dist. 1. regulariter loquendo unionem corporalem sive realem non inveniunt in omnibus dignè suscipientibus Christum, quia aliquando contingit dari similem unionem, non in omnibus dignè suscipientibus Christum, sed in illis tantùm, quorum mens divina dignatione ad unionem illam felicissimam (de qua multa in capite superiori) sublevarur. In his enim, ut eo capite cepimus edocere, Corpus Christi immediatè non solùm attingitur ab horum spiritu, sed & eorum caro sentit ineffabili contactu Christi præsentiam; qui quamvis in Sacramento sit intangibilis & imperceptibilis, divina tamen virtute fit, ut & tangat, & tangatur, ac immediatè percipiatur non solùm à purissimis ac purgatissimis mentibus, sed etiam ab eorum carne.

Demum, ut plenius constet quid & qualis sit hæc Unio, tam spiritus quam carnis nostræ cum ipso Christo & ejus carne; explicanda erit per comparationem, quam nunc in cælo animæ separatae, & post communem resurrectionem etiam beatorum corpora cum Christo feliciter experientur. Nam in primis Christus ipse ineffabili modo eorum mentibus illaberur, ac tunc eorum animæ in ipsum Christum divinitus transformantur, ita ut in ipsis verè per hanc unionem realem vivat & regnet Christus, & ipsi in ipso manentes vivant in Christo, & proprie Christum. Hæc quidem est fructiva unio, qua in illa felici ac beata vita ejusmodi animæ in perpetuas æternitates Christo plenissimè fruuntur, & quam aliquando prælibare solent etiam in hac vita (transcunt tamen) purissimæ iustorum animæ, de quibus Pfaltes verè cecinit Psal. 109. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Qua verò ratione in beatitudine caro nostra gloriosa, Christi Domini carni etiam gloriosæ copuletur ac uniat, non difficile erit explicare. Nec enim cogi a re debemus illam unionem esse ita intimam, ut caro nostra penetraret (ut ita dicam) à carne ipsius Christi: nam hanc unionem alienam esse purò à corporibus Beatorum, cum ista potius conveniat spiritui nostro cum spiritu divino vel cum ipso Christo, quam carni nostræ cum carne Christi. Unita verò ac copulata inter se u-

traque caro dicetur, quia sepe è mutuis amplexibus ac suavissima delectatione caro nostra gloriosa, Christi carne in beata illa vita non in incredibile delectatione fruatur. Unde Beatorum corpora duplici quidem, eaque ferè immensè delectatione gaudent; altera, à gloria animæ in ipsa derivata; altera verò, à contactu & dulcissimo Christi amplexu proveniente: quæ quidem duo delectationum genera, laboribus ac iustorum afflictionibus pro Christi amore in hac vita perpensis, tamquam vitale præmium correspondebant.

Illud itaque non præmittam, etiam si alicui divini amoris inexperto forsitan incredibile videatur, quod etiam in hac peregrinatione purissimis animabus (sicut rarissimè) contingere solet, ut ad ejusmodi oscula & amplexus Christi, post tanti Sacramenti susceptionem divina dignatione ab ipso Christo animarum dulcissimo sponso admittantur, ut in hac vita etiam eorum corpora æternæ felicitatis fructus percipere incipiant. O castissimi & purissimi amplexus! o felix osculum ac stupenda dignatione mirabile, ubi per contactum labiorum & complexum ipsius Christi, transfunditur spiritus osculantis non solùm in corpus, sed & præcipuè in ipsam animam! Nam sicut etiam hi qui se invicè osculantur, non sunt sola labiorum impressione contenti, sed præterea & spiritum ipsam sibi invicem videntur infundere: ita hoc Christi osculum non solùm carne percipitur, sed & spiritus ipse Christi animæ infunditur, ubi corporis contactu anima sponse ad plenissimam in Christum transformationem sublevarur.

Unde quando Patres, pro explicanda hac vitali unione iustorum cum Christo in venerabili Sacramento existente, utuntur variis loquendi modis sive comparationibus, quales sunt illæ: *Sicut si sera igne liquefacta, alteri coram etiam liquefacta immisceatur, ac unum ex utraque fiat.* & illud Chrylottomi: *Non solùm per dilectionem, sed etiam ipsam illam carnem convertamur & infundamur: Per corpus suum se nobis commisit.* accipienda sunt de unione animæ cum carne Christi, id est, cum ipso Christo ferè non aliter ac nunc animabus separatis in gloria similis unio contingit, eo modo quo superius explicavimus.

Cum carne verò dignissimè suscipientiam atq; unio sive transformatio non fit, sed potius est quidam contactus nostræ carnis cum gloriosissima Christi carne eo modo quo S. Ambrosius *Ser. 9. de S. Aguste*, refert dixisse eam, cum jam manura Christi corpus susceperat: *Nunc, inquit, corpus Domini mei corpori meo associatum est.*

Ex hoc autem Christi contactu mirabilis virtus in carnem nostram derivatur. Virtus enim ex illo exit, quæ non solùm mentes, sed & corpus sanat ac corroborat, reformans illud, ac influens in ipsum miram spiritui subjectionem, exhibensque membra illius arma iustitiæ, ac quodammodò gloriosi corporis, immò & ipsius Christi incipit induere qualitates, ut ferè in hoc proposito scribit S. Bonaventura *Itin. 7. dist. 6. Ex notandum, inquit, quòd sicut per opera interioris hominis, ut per contemplationem, quandoque fit quidam prælibatio æternæ vitæ, ita & per opera exterioris hominis fit in eo aliquando similitudo aliqua vel imago æternæ vitæ, sicut dicit Bernardus in libro de Amore Dei, ubi dicit sic: Sicut in sanctitate vitæ, & hominis interioris contemplatione, & fruitione Divinitatis, jam futura vitæ beatitudinem præ-*

videre in hac vita videntur & imitari: sic etiam de corporum ipsorum glorificatione, quam plenè ibi percipiuntur sunt, in hac vita nonnihil percipiunt. accepta enim illa gratia, qua habitantes in unum seipsi in DEO & DEO in seipsis fruuntur, ipsius carnis se sentiunt vicisse omnes contradições, ut universa substantia carnis non sit eis nisi instrumentum boni operis. Nam etsi ipsius miseris & infirmitatibus conabescunt, ex hoc ipso in interiori homine fortius convalescunt: quando enim infirmor, tuus fortior sum & potens, ait Apostolus. Sequitur: Sensus ipsi novam percipiunt quamdam & propè spirituales gratiam, oculos simplices, & aures obtemperantes, & aliquando in fervore orationis tanta cordis ignota quadam fragrantia inspirat, tanta gustus, etsi non gustando, suavitas, tanta per mutuum tantum spirituale charitatis incensivum fit, ut videntur sibi intra seipsos spiritus alii gratia cunctis voluptatis gerere paradysum. Vultus etiam & totius corporis compositione, vite, & morum, & actuum decore, mutue etiam servituti in illis devotis exhibitionibus, & piis susceptionibus cujusdam gratia benelacisio sibi conviciantur invicem, & ita conveniunt, ut verè sit carnum, & anima una. Nimirum corporum suorum gloriam jam his inchoant vel inchoant, & puritate conscientia, & intima conversationis gratia perfectè haberi tam in futura perennis vita pronuntiat.

Neque huic sententiæ, Patrum testimonia ob stare videntur: quia illa Patrum locutiones, & similes, quibus Christi Corpus dicitur frangi, manducari, atteri dentibus, misceri, incorporari, & similes alia, metaphorice sunt, & non propriæ, ac intelligi debent per figuram Meronymiam, qua continens pro contento usurpatur. Cum enim hac eadem figura species ipse dicantur Corpus aut Sanguis Christi, multa quæ ipsis speciebus conveniunt, etiam de Corpore & Sanguine Christi predicari solent. Ita communiter Theologi Scholastici has interpretantur locutiones.

Illam verò unitatem naturalem sive substantialem quam S. Hilarius constituisse videtur, nihil aliud sonat, quàm quòd una & eadem caro, Christi vera ac naturalis, verè etiam ac realiter sit in

nobis per prædictam realem præsentiam ac manducationem; in quo sensu potest dici hæc unio realis & naturalis, ut excludantur sola signa & figura, & unio, quæ est per solam apprehensionem fidei, aut affectum: propriè verò hæc unio vocari potest mystica seu moralis, fundata aliquo modo in corporali vinculo seu conjunctione corporis Christi, mediis speciebus, cum carne nostra.

Constat igitur ex dictis tam in hoc quàm præcedentibus capitulis, esse quadruplex generis unionis inter dignè suscipientes Christum, Primum, per affectum charitatis, quæ communis est generis affectionibus hoc venerabile Sacramentum dignè suscipientibus: quæ unio verè differt ab illa generis & expli- quia per charitatem justis cum DEO uniantur, catur, quia illa respiciit propè DEUM ipsum, hæc verò ipsam Christum intra nos in hoc Sacramento verè existentem, ac existentem nostrum spiritum, ut cum ipsius Christi spiritu arctissimè conjungatur. Secundum generis unionis est, cum Christus non tantum per affectum, sed etiam in effectu, reali conjunctione sua immèdiatè animæ unitor, ut ab illa ejus præsentia suavisimè percipiatur, quæ nunquam sine mentis excessu contingit: hæc verò paucissimarum ac sanctarum est animarum. Tertium verò, quod & secundo annexum est, cum non solum Christi realis præsentia à mentibus purissimis unione prædicta ineffabili percipitur, sed etiam corpori conjungitur, ac à carne nostra caro Christi ineffabili modo sentitur. Quartum denique unionis generis dici potest, cum Christus mediis speciebus carni dignè eum suscipientium conjungitur, quæ potius moralis & mystica, quàm realis dici debet.

Et hæc de Oratione divinitus infusa, ac præcipue de felicissima animæ cum DEO unione, ad laudem & gloriam DEI omnipotentis, ac sub Ecclesiæ sanctæ Romanæ cæntura, cui libentissimè in omnibus tamquam verus ejus filius me submisit, dicta sufficiant.

F I N I S.



CENSURA
SAC. THEOLOGICÆ PROFESSORUM
De subjecto Opere.

Dilectum verus & verum est, *Quod rarum, carum est, & gratum.* Proinde quàm rari hæcenus visi fuerunt, qui de *Raptu, & Ecstasi* scripserunt, tam carus & gratus esse debet, Admodum Reverendus, & Sapientissimus Pater THOMAS à JESV, Ordinis Discalceatorum B. MARIÆ V. de Monte Carmelo, qui nostrâ hac ætate post fata sua, præsentem de *Raptu & Ecstasi* Tractatum, ingenti sui fecundissimi posthumum, & posteritati factum reliquit nobilissimum. In quo tam doctè, quidquid hic difficilius doctrinæ abditâ lateret, eruit, ut me legentem hunc Tractatum in admirationem rapuerit. Quod quidem cum ad Orthodoxæ fidei, bonorumque morum normam præliterit exactissime, ac suam doctrinam, tum Sanctorum Patrum, tum solidissimarum rationum fundaminibus, ex Angelico Præceptore (à cujus Angelicâ doctrinâ, sibi semper simillimus, nunquam deflexit) petitis, fulcirit; non potuit displicuisse labor: quin eundem, uti utilissimum censeo, ita & dignissimum, qui prælo subjiciatur. Hoc omnino usu veterum præfagiens, eorundem abundè satisfactum iri desiderio, ex hujus Tractatus attentâ lectione, qui in eo assumpti argumenti medullâ pervadere affectant. Colonia in Conventu S. Crucis Ord. Præd. 26. Aprilis 1683.

F. LEONARDVS MESSEN Ord. Præd. sacrosanctæ Theologiæ Doct. & Profess. Ordin. mpp.

Peri posthumo Reverendi Admodum & Venerab. Patris THOMÆ à JESV, Patrum nostrorum Discalceatorum Cögregat. S. ELIÆ Ordinis beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, per Belgium & Germaniam quondâ Vicarii Generalis, Viri sanctitate non minùs quàm doctrinâ, & mysticæ æquè ac scholasticæ Theologiæ intelligentiâ, nec non prudentiæ ac rerum experienciæ laude conspicui, de raptu & ecstasi, & speciatim de raptu sancti Pauli à me perlecto, si quicquam foret desiderabile; optaverim, ut præventâ immaturâ morte Parentis, paternam ejus curam ac tutelam, ultimamque inspectionis oculum potuisset experiri. Prodiisset exinde proles undequaque perfecta, & tanto digna parente, quæ sublimioribus Theologiæ mysticæ præceptis politiore ejusdem manu excolta, omnibus divinarum scientiarum studiosis, maxime spiritualium rerum Magistris & Directoribus conscientiarum, non modo securum, sed & facilem ac jucundum per abdita & occulta, paucisque per via, Raptuû ac Ecstasum præbuisset ducatum. At quoniam duriora fata votis meis minimè faventia partui nondum in lucem edito vivum subtraxere parentem; nondum desideratum perfectionis suæ statum non potuit assequi, sed & magnum incurrit orbitatis incommodum, nullo patrias supplente vices, vel promövente orphani fetus incrementum. Vnica derelicti commendatio est genuinam illius Parentis prolem exstitisse. Et certè ex corpore ejusdem nondum plene efformato illustria paternæ sanctitatis & doctrinæ specimina, sine ullâ vel falsitatis, vel pravitatis admixtione relucet, quæ doctis etiam & expertis, rerum spiritualium eruditioni & cautelæ esse possint. Vnde judico fore operæ pretium, ut idem Opus posthumum, unâ cum aliis præfati Patris operibus, quæ curâ & diligentiâ Religiosissimi Doctissimique Patris Pauli ab Omnibus Sanctis, ex libris hæcenus à se editis, etiam me tacente, satis superque laudati, ad prælum denuo revocantur, in lucem prodeat. In quorum fidem dedi hoc testimonium in nostro Conventu Colonienfi Ordinis Fratrum beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo 1683, 20. Januarii.

F. AMBROSIVS à S. Godefrido Ordinis Fratrum B. V. MARIÆ de Monte Carmelo SS. Theologiæ Licentiatiss & ordinarius Lector Colonia.

VENE-